



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

Liber XCI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER XCI.



CLEMENS V PAPA.

ALBERTUS I, DEIN HENRICUS VII,
OCCIDENTIS, ANDRONICUS II
ORIENTIS IMPP.

§. I.

*Papa variis varios episcopatus Gallia
confert.*

Postquam Lingonensis Ecclesia a quin-
ta Septembris anni 1305 per deces-
sum Episcopi Joannis Rupefortini va-
caverat, Papa Clemens illius collationem
sibi reservavit: & postea Bertrandum

Sæcul. XIV.

A.C. 1306.

Baluz. to. 2.

p. 64. to. I.

p. 616.

P p 3

De go-

Sæcul. XIV. Degotum suum patrum, Episcopum
A.C. 1306. Aginnensem illuc transfudit: ut patet
Gall. Chr. ex litteris commendatitiis ad Regem
to. 2. v. 74. Philippum Pulchrum scriptis Lugduni
657. 22 Jan. 1306. Sedem Aginnensem ante
 vicessimum quintum Februarii Bernardo Fargio nepoti suo, Archidiacono
Bal. p. 154. Bellovacensi tribuit, cum legis gratiam ei fecisset 29 Januarii, ut ad episcopatum, dignitatesque majores promoveretur, viginti quinque annos non tum natus. Ubi vero Guilielmus Flavacurtius Archiepiscopus Rothomagensis 6 Aprilis eodem anno 1306 obiit, Papa se ipsum huic sedi provisorum dixit, eoque traduxit novum Episcopum Aginnensem Bernardum Fargium per litteras 4 Junii datas: deinde Aginum remisit suum patrum Bertrandum Degotum, quem paulo antefecerat Antistitem Lingonensem: & Lingonas misit Guilielmum Musciaci Abbatem, quem in aula sua per Cardinalem Leonardum Episcopum Albanensem consecrandum curavit, & cuius in gratiam ad Regem scripsit 15 Nov. eodem anno 1306.

p. 156. Petro Crosio Episcopo Claromontano mortuo, Canonici mox successorem elegerunt partim Bernardum Gannicensem ex Ordine Prædicatorum, partim Rollandum ejusdem Ecclesie Præpositum.

Fomeruit.
p. 490.

Bal. p. 78.

p. 72.

positum. Re ad summum tribunal saecul. XIV.
 crum per appellationem delata electus A.C. 1306.
 uterque pro se dicere voluerat: sed Prae-
 positus jus suum inter manus Papae ab-
 dicavit: qui fratris Bernardi electionem
 infirmans, episcopatum Claromontanum
 contulit Arberto Ecelino de Monte Acu-
 to Archidiacono Carnutino nepoti Aegi-
 dii Archiepiscopi Narbonensis ex veteri
 quadam Arvernica stirpe, ac Regem, ut
 solutis jure regio bonis episcopalibus
 fruendi copiam illi faceret, oravit per e-
 pistolam datam 11 Aug. 1306.

Rex itidem Clementis auctoritatem
 adhibebat, ut haberet Episcopos, quos
 cupiebat, sicut liquet ex epistola, qua di-
 cebat gratias, quod Papa Petro de Bel-
 la Pertica sedem Antissiodorensis, Gui-
 lielmo Barneto Bajocassinam, & Nico-
 lao Lusacrano Abrincensem destinasset.
 Petrus de Bella Pertica erat peritus Ju-
 ris Civilis & Canonici, Custos sigillorum
 Regis, ac Decanus Ecclesiae Parisinae.
 Successit Petro Mornasino pariter celebri
 Jurisconsulto, ac Regis Consiliario, qui
 fuerat Episcopus Aureliae, dehinc Antis-
 siodori, obiitque Parisiis festo SS. Triadis
 die 29 Maji an. 1306. Successit autem
 huic ille post aliquot menses; ac sedem
 Antissiodorensis tenuit per spatium anni
 circiter, quo in Ecclesia sua parum a-
 derat, semper circa Regem versans, &

p. 587

to. II. p. 58.
 584.
 hist. ep. An-
 tiss. p. 509.

P p 4 mortem

Sæcul. XIV. mortem oppetiit mense Octobri anno
A. C. 1306. 1307.

Sup. l. 87.
§. 21.

Bal. 2. p. 60.
Dubrenil.
p. 665.

Vita functo Petro Benefio, ut vidimus, Petri Brosii calamitate implicito, Ecclesia Bajocassina diu vacaverat: cui Papa præfecit Guilielmum Barnetum, secundum alios Bonnetum Ecclesiæ Andegavensis thesauro præpositum, pro quo vindicias a Rege petiit per litteras datas 27 Aug. 1305. Hic Episcopus an. 1308. Parisiis condidit collegium Bajocassinum pro duodecim alumnis litterarum studiosis ex dicecesi non sua, sed Cenomana, & Andegavensi, ita, ut ex utraque sex ibi jure victus uterentur: quia in Cenomania natus, Andegavi didicerat litteras, & beneficia possederat.

§. II.

Diplomata in gratiam Gallie.

Rayn. 1306.
n. 1.

Diff. p. 288.
Sup. lib. 90.
§. 18.

Primo Februarii an. 1306 Papa Clemens diplomata duo edidit suam cum Rege Philippo consensionem monstrantia. Per alterum declarat se nequam vel le, ut Constitutio: *Unam sanctam* a Bonifacio VIII promulgata Gallorum Regi regnove noceat, aut eos Ecclesiæ Romanæ magis obnoxios reddat, quam fuerint antea; sed ut Ecclesia Gallica & regnum, Rex ac subditi esse in eodem

dem statu censeantur. Hoc Clementis Sæcul. XIV.
 V diploma postea insertum fuit Corpori A. C. 1306.
 Juris. In altero sanctionem: *Clericis* Extrav.
laicos, ac declarationes consecrarias re- comm. de
 vocat propter offensiones & incommoda, privil. c. Me-
 quæ illæ creaverint, & porro creare pos- ruit.
 sint; ac præcipit, ut observentur ea, quæ Sup. lib. 89.
 priores Summi Pontifices in conciliis ge- §. 43.
 neralibus, nominatim in Lateranensi san-
 xerint contra illos, qui ab Ecclesiis &
 a Clero pensiones exigent. Has duas
 litteras Clemens dabat Lugduni, ubi
 hyemem agebat.

§. III.

Papæ Clementis iter.

Mox dein cum novem Cardinalibus Chr. Cluv.
 Cluniacum venit: ubi ab Abbate p. 1670.
 Bertrando exceptus, quinque dies ma- Baluz. to. I.
 nendo gravia cœnobio damna intulit: p. 3. p. 580.
 quemadmodum Lugduni commorans im-
 mensas pecuniarum summas extorserat
 Episcopis & Abbatibus Galliæ, quibus
 causæ in Romana curia erant tractandæ.
 Nivernis quoque a Bituricis nimios fe-
 cit sumptus. Nam Lugduno demigrans
 non Italiam sed Burdigalam versus iniiit
 viam. Lugduno autem abiit sub initium
 Februarii, & Matisconem transiit. De-
 cetiæ 18 Martii administrationem Um- Cont. Nang.
 briæ detulit suo fratri Arnaldo Garfiæ p. 620.

Sæcul. XIV. Leomanie Pro Comiti. Nivernis 26
 A. C. 1306. ejusdem mensis scripsit Antonio Bec'o
 Dunelacensi Angliæ Episcopo, cui an-
 no priore Patriarchæ Hierosolymitani
 titulum dederat utpote diviti & libera-
 M. Westmon. li. Antonius enim Lugdunum, ut ibi
 p. 452.

Goduin. p. 52. 122. 242. Papam coronari videret, venerat cum
 multis aliis Angliæ Præsulibus; quo-
 rum in numero erant Guilielmus Grend-
 eldus electus Archiepiscopus Ebor-
 acensis, & Radulfus Baldocus electus
 Episcopus Londinensis; qui ambo Lug-
 duni consecrabantur; & hic quidem
 per Cardinalem, ille a Papa. Anto-
 nius terram sacram petiturus crucem
 induerat: unde Clemens sumpsit occa-
 sionem dandi ad eum litteras; & hoc
 religionis studium in eo dilaudavit.

§. IV.

Ecclesia Anglica.

Sub idem tempus Rex Eduardus apud
 Papam accusavit Archiepiscopum Can-
 tuariensem Robertum Winchelseanum,
 quasi turbasset pacem regni, ac rebel-
 libus favisset ipso in Flandria versante an-
 no 1297. Quapropter Præsul a Papa
 citatus, a Rege accepit copiam se illi
 N. Trivet. to. 8. Spicil. p. 724. sistendi; & transmissio mari Burdig-
 lam venit: ubi a Clemente iussus est
 abstinere munere, donec se rite purgas-
 set

fet de criminibus in se coniectis. Intra Sæcul. XIV.
 hebdomadem Paschatis, quod hoc anno A.C. 1306.
 in tertiam Aprilis incidit, Rex Eduardus
 promulgandas curavit Papæ litteras, per
 quas religione jusjurandi, quod subditis
 de confirmandis eorum immunitatibus,
 ac de sylvestribus terris extricandis de-
 derat, solvebatur, & anathemate devin-
 ciebantur ii, qui hoc juramentum obser-
 vari vellent. Papa Regi Angliæ pro au-
 xilio Palæstinæ ferendo ad biennium
 concessit etiam decimas, quæ tamen a-
 lios in usus conversæ sunt. At cum in-
 super quidam Episcopi Angliæ fructus
 Ecclesiarum, quæ suis in diocesisibus pri-
 mæ vacarent, per unum annum perci-
 pere cuperent, Papa, quod peterent in-
 feriores, id se sibi ipsi tribuere posse ra-
 tus, anno primo proventuros redditus o-
 mnes omnium episcopatum, abbatia-
 rum, prioratum, canonicatum, parœ-
 ciarum, beneficiorumque vel minimo-
 rum, quæ in Anglia ab eo tempore per
 biennium vacarent, sibi addixit. En ini-
 tium Annatarum, ut vocant.

Sup. Lib. 89.
 c. 45.
 Angl. Sac.
 to 1. p. 16.
 Westm.
 p. 433.

Thomass.
 discipl. to. 3.
 p. 739.

§. V.

Querelæ de Papa.

Clemens V Lugduno Burdigalam suam Cont. Nang.
 persequens iter ab Ecclesiis secula-
 ribus & monasteriis magnas pecuniæ sum-
 mas p. 620.

Sæcul. XIV.
A C. 1306.

mas tam per se ipsum, quam per comitatum exprimebat suum. Bituricas delatus Archiepiscopum fratrem Ægidium Romanum trecentas libras Turonicas sibi solvere iussit, quod bis omisisset Summam adire Sedem, sicut secundo quovis anno oportuisset: atque hic Præsul ad tantam redactus inopiam fuit, ut instar simplicis Canonici officio divino cogeretur assistere de quotidianis distributionibus vivendi causa.

Baluz. to. 1.
p. 64. 654.

Die sabbati 23 Aprilis D. Georgio sacra Clemens Lemovicis erat cum octo Cardinalibus, & in cœnobio FF. Prædicatorum habitabat. Inde Petrocoram, ac demum

p. 4. 580.

Burdigalam venit, ubi cum suo comitatu per annum reliquum mansit. Sub festum Paschatis diem, quo Francia inchoabat annum, Parisios advenerunt tres Cardinales, scilicet Gentilis Monflorus ex Ordine Minorum Papæ Pœnitentiarius, Nicolaus Frovillus, qui Regi a confessionibus fuerat, & Thomas Jorzius Anglus, pluresque alii Papæ Legati, qui Ecclesiæ Gallicæ magno erant oneri propter pecuniam, quam postulabant præter suos sumptus. Quamobrem Galliæ Præsules mense Julio pluribus in locis inter se consultabant, quid agerent; ac sequebantur Regis, regique

Baluz. to. 2.
p. 58.

senatus sententiam. Rex Milonem Nogerum Castrorum Præfectum primum cum

cum duobus aliis Equitibus ad Papam legavit hac de re conquesturum. Papa Guilielmum Musciaci Abbatem, & Arnaldum Aufcensem, Canonicum Cosedianum ad Regem misit cum epistola, in qua dicebat, conscientiam suam nihil, quod ad se ipsum attineret, exprobrare sibi; nolle se tamen excusare Legatorum facta, donec de his edoceretur melius. Se mirari Præsules, quorum plerique, antequam Papa fieret, amici fuissent sui, ad se non recta suas detulisse querimonias. Se suorum errata, postquam ea noverit, correcturum. Dabat Burdigalæ 27 Julii. Querelæ oppido graves fuerint, necessum est, quippe quæ permoverint Regem, ut ad Papam tam amicam sibi talem legationem mitteret.

Sæcul. XIV.
A. C. 1306.

Id. p. 584.

§. VI.

Judæi expelluntur e Francia.

Interea Rex Philippus Judæos e regno pulsurus suo, omnes eodem die D. Magdalenæ sacro 22 Julii an. 1306 comprehendi jussit tam secreto, ut vix præfenscerent. Cuncta eorum bona, quæ quidem detegi potuere, fisco addicta sunt: solum id pecuniæ cuique relictum est, quod erat opus, ut educeretur e Gallia. At sub poena mortis prohibitum fuit, ne redirent. Hoc imperium executioni dabatur

Id. p. 565. 98

C. Nang. p. 622.

Sæcul. XIV. batur mensibus Augusto ac Septembri.
A. C. 1306. Pauculi quidam salutis fonte se curabant
 ablui, ac remanebant: de cæteris multi
 in via ex defatigatione aut moerore
 interierunt.

§. VII.

*Agitatur consilium subveniendi
 Palæstinæ.*

*Bal. I. p. 6.
 C. Nang.
 p. 624.*

Papa Lugduni cum Rege Philippo &
 Cardinalibus deliberabat inter alia de
 suppetiis terræ sacræ ferendis: ac de
 consilio eorum Hospitalarii Templarique
 Ordinum Magistros in Oriente versantes
 ad se accivit in Franciam. Ad priorem
 scripsit in hanc sententiam: Ad exequenti-
 dum quam maturissime propositum no-
 strum acriter excitamur a Regibus Cy-
 pri & Armeniæ, qui nos urgent, ut sibi
 auxilia submittamus. Idcirco statuimus
 ea de re tecum atque cum Magistro Tem-
 pli consultare, præsertim quia ob loco-
 rum vicinitatem, longam experientiam,
 & multam meditationem vestram nobis
 melius quam alii, quid agendum sit, sua-
 dere scietis; præterquam quod nego-
 tium post Ecclesiam Romanam vos ma-
 xime contingat. Mandamus itaque, ut
 venias, quam poteris, secretissime ac mi-
 nimo cum comitatu, quia sat multos Or-
 dinis

dinis tui fratres cis mare invenies. Re-
linques autem in regione illa spectatae
virtutis Vicarium ac Equites ad eam be-
ne tuendam idoneos, ne illi tua ex ab-
sentia, quæ diutina non erit, discrimen
immineat. Aliquos tamen adduces,
quos usus rerum, prudentia & fidelitas
sua reddit habiles ad bona consilia tecum
nobis suggerenda. Dabat Burdigalæ 6
Junii anno 1306.

Sæcul. XIV.
A.C. 1306.

Magister Templi protinus obsecun-
dans in Galliam se conferebat. Sed al-
ter relicta Cypro in itinere substitit, ut
invaderet insulam Rhodum occupatam
per Turcas Constantinopolitano Impera-
tori obnoxios. Hospitalarii primum par-
vis quibusdam insulis, & Castellis aliquot
potiti molitionem annis quatuor conti-
nuabant, obsidentes modo, modo obses-
si: sed tandem prosperum res successum
habuit. Interim eorum Magister misit,
qui Papæ tarditatem itineris excusaret.

Bal. I. p. 65.

§. VIII.

Papæ morbus.

De subsidiis terræ sacræ mittendis ac
de aliis magni momenti rebus agen-
di gratia Clemens duos Cardinales, Be-
rengarium Fredolium, ac Stephanum
Suissum ad Regem Philippum legavit,
eum-

Sæcul. XIV.
A.C. 1306.

Bal. 2. p. 77.

eumque hoc antea edocuit per epistolam, in qua dicebat: Oramus, ut his advenientibus, quod intra tres circiter hebdomades fiet, apud te habeas totum consilium sanctius, quicum deliberes de iis, quæ tibi propofuerint: nam negotia nostra haud permittunt, ut his viris diu careamus. Noris etiam, nos, postquam tibi ultimo scripsimus, correptos morbo, ac pæne ad mortis januam deductos esse.

At, Deo sint grates! sanitatem plenam recepimus. Cardinales, ut iussimus, respondebunt ad ea, quæ nobis de congressu nostro significasti. Dabat Pessaci prope Burdigalam 5 Nov. 1306. Duo Cardinales indicabant Regi, Papam cupere cum ipso colloqui Tolosæ aut Pictavi medio Aprili vel ineunte Majo anni proximi. Rex subjunxit se pluribus de causis haud posse tunc ire Tolosam; & habita ratione numerosi comitatus, quem uterque deberet adducere, Cæsarodunum sibi videri Pictavio longe aptius tum ad habitationem victumque tam magno conventui præbendum, tum ad confirmandam Papæ sanitatem: Pictavium tamen, si Papa mallet, se statuto tempore venturum. Hæc continebat Regis epistola.

p. 88.

Papa respondit se Pictavium eligere; sed quia Medici suassent, ut in principio Maji medicamentis noxios humores abigeret;

p. 90.

bigeret, se putare in Aprilis initio esse Sæcul. XIV.
 conveniendum. Rex autem Pictavium A.C. 1307.
 non petiit nisi sub Pentecosten: ubi am- to. 1. p. 6.
 bo hærebant diu. Papa illuc curiam p. 26. 585.
 suam duxerat, quæ ibi per spatium u-
 nius anni otio fruebatur ob infirmam e-
 jus valetudinem.

§. IX.

*Revocantur administrationes benefi-
 ciorum vacantium.*

Papa Clemens, cum Passaci esset, 20
 Febr. 1307 edidit litteras, quarum
 hæc erat summa: Per amicitiam, quæ Rayn. 1307.
 nos cum quibusdam Regibus, Præsulibus, n. 28.
 aliisque viris eximiis tum lacris tum pro- Extrav.
 fanis pridem conjunxerat, adducti sumus, summ. de
 ut ob importunas eorum preces Ec- præb. c. 2.
 clesiasticis, immo etiam Religiosis Eccle-
 sias patriarchales, archiepiscopales, aut
 episcopales, vel monasteria vacantia per
 vitam suam vel ad tempus custodienda
 seu administranda traderemus. An ta-
 les tantasque gratias largiri deberemus,
 satis expendere, donec Deus periculosum
 nobis morbum immitteret, non potera-
 mus: adeo nos inde avocabat negotio-
 rum multitudo & difficultas. Tum ve-
 ro ab his paulum remoti applicato ad
 hoc examen animo clare vidimus a Cu-
 stodibus istis Ecclesias & cœnobîa negli-
 genter; Histor. Eccles. Tom. XXII. Q q gi;

Sæcul. XIV.
A.C. 1307.

Thomass.
disc. part. 4.
c. 63.

gi; bona & jura eorum dissipari; subjectos non inde fructus perhibitos, sed gratia damna spiritualia æque ac temporalia capere; ac timendum esse, ne mala majora in Romanam Ecclesiam ipsam redundent. Proinde omnes has administrationes quibuscunque viris, etiam Cardinalibus commissas reteximus ac infirmamus. Jam tunc itaque agnoscebantur illarum incommoda: & tamen ex illo tempore potissimum sunt multiplicatæ.

§. X.

Petrus Medicus Archiepiscopus Moguntinus.

Trith. Chr.
Span. 1304.
1305.

Conradus Epsteinius Archiepiscopus Moguntinus curriculum vitæ confecerat 26 Febr. 1304. Vacuam sedem tam editam Henricus Comes Luxemburgius Balduino fratri suo tum Parisiensis Athenæi discipulo exoptabat. Idcirco ad Papam misit medicum suum Petrum Achspaltium. Qui Pictavium delatus Clementi etiam tum ægro Comitis Domini sui votum exposuit. Sed abnuisit ille ob plures, quas memorabat, causas. Interea haud paulo gravius ægotantem Petrus artis suæ peritissimus tam bene tractavit, ut sanaret. Optime de se meritum Papa esse Præfulem Moguntinæ jubens cum diplomate pallioque remisit. Petrus

MS. ap.
Serr. p. 849.

trus Trevis natus, scientia & virtute Sæcul. XIV.
 pollens Clericus (tunc enim vix daban- A.C. 1307.
 tur medici nisi in Clero) in studio legum
 divinarum se multum exercuerat. Mo-
 guntia a Clero & populo honorifice
 exceptus, Ecclesie suae regimen tran-
 quille adiit, & annis tredecim conti-
 nuavit.

§. XI.

*Dietherus Nassovius Trevirensis
 Archiepiscopus.*

Trevirensibus præerat Dietherus Nassovius Imperatoris Adolphi, frater ex Brover. to. 2.
 Ordine Prædicatorum. Præerat autem p. 180.
 non electus vel postulatus a Canoni- Trith. Chr.
 cis, sed his obtrusus a Papa Bonifacio Span. an.
 VIII ex odio Alberti Austriaci Romano-
 rum Regis Adolphum insectati. Et ve-
 ro Dietherus Alberto, semper obsistebat.
 per spatium sui pontificatus cœpti anno
 1299, & durantis annos octo circiter.
 Erat vir inquietus ac bellicosus, cujus
 mala agendi ratio Trevis odium com-
 mune hominum conflavit. Confluentia Id. Chr. Hir-
 cives, quos magnitudine tributorum pres- saug. 1305.
 ferat, in se consurgentes ut subigeret,
 collectis magno sumptu copiis urbem
 obsidens ad suam victoris fidem con-
 fugere coëgit. Per impensas hanc in
 expeditionem factas exhausto ærario,

Q q 2 Eccle-

Sæcul. XIV. Ecclesiæ suæ terras plerasque oppigno-
A. C. 1307. ravit, quin etiam nonnullas vendidit.

Ibid. 1307.

Rayn. 1307.
n. 26.

Hac de re ac insuper de mercatu sacrilego contemptuque supremæ Sedis apud Papam Clementem accusatus est a Clero suo: nam appellentem summum tribunal Alexandrum ad S. Matthæi prope Treviros Abbatem ejecerat ex ipsius cœnobio, aliumque in ejus locum intruserat.

Papa hoc de argumento scribens literas ajebat: Delicta Præsulum, qui Ordini sacro dederunt nomen, gravius nos commovent, propterea quod vitæ, quam hoc in statu duxere, arctius eos adstringat ad præbenda exempla bona. Infirmabat omnia contra Abbatem Alexandrum post hujus provocationem a Diethero facta; & præcipiebat, ut Epternacensis ac Luxemburgicus Abbates Trevirensis dioceseos, atque Leodiensis Ecclesiæ Præpositus Archiepiscopum citarent ad Romanam curiam tres intra menses adeundam. Dabat Pictavii 4 Jun. 1307. Citatus est Dietherus: sed ante præstitutum tempus ægrotans, 23 Nov. eodem anno decessit.

Trith. ibid.

§. XII.

Congressus Pictaviensis.

Sub Pentecosten, quæ hoc anno 1307
 in quartam decimam Maji incidit,
 Rex

Rex Philippus petebat Pictavium cum ^{Sæcul. XIV.} Papa Clemente locuturus. Comitaban- ^{A.C. 1307.} tur illum sui quatuor filii, Ludovicus, ^{C. Nang.} Philippus, Carolus, ac Robertus, sui duo ^{p. 624.} fratres Carolus Valesius & Ludovicus ^{Jo. Villani} Ebroicensis, multique Proceres. Ro- ^{l. 8. c. 91.} bertus Flandriæ Comes in eandem ur- ^{Rayn. n. 8.} bem se contulit. Hoc cum Principe junctam a Rege pacem ibi confirmavit Papa, voluitque, ut Archiepiscopus Remensis, Episcopus Silvanectinus, & Abbas Dionysiopolitanus Comitem Robertum, cæterosque Flandriæ Optimates proscriberent, hanc si pactionem violarent. Diploma dabat 2 Junii.

Præcipuis e causis Pictaviensis collo- ^{Bal. l. p. 65.} quii erat confectio & confirmatio con- ^{Rayn. n. 9. 13.} ditionum pacis inter Franciam & An- ^{Nic. Trivet.} gliam; locumque habuit, tametsi Rex ^{p. 728.} Eduardus I obierat die Veneris 7 Julii anno 1307 ætatis 68, regiminis 34. Successit ei suus filius Eduardus II.

§. XIII.

Impugnatur memoria Bonifacii VIII.

Eo tempore, quo Clemens ob impossi- ^{Sup. lib. 90.} tionem coronæ pontificiæ Lugduni ^{§. 49.} erat, ex Rege Philippo audierat, arca- ^{J. Vill. l. 8.} nam petitionem, cui se facturum satis ^{c. 91.} jurasset summæ dignitatis obtinendæ gratia, consistere in eo, ut damnaret



Sæcul. XIV.
A.C. 1307.

memoriam Bonifacii VIII; & ossa ejus concremari juberet. Hanc postulationem Rex iterabat Pictavii, & acriter instabat, ut Papa annueret. Turbatur is vehementer cum Cardinalibus, quia Rex omnino volebat testibus firmare crimina Bonifacii; & Clemens illi se jurejurando obstrinxerat: cujus poenitentia ducebatur: sed Regi se opponere non audebat. Huic obsequendo videbatur sibi Ecclesiam violare ac deprimere, quia accusatio de hæresi, quæ erat perhibita causa damnandi Bonifacium mortuum, carebat fundamento: e contrario sextus decretalium liber, quem ediderat, eum perquam catholicum indicabat. Petitio Regis etiam Cardinales offendebat, non eos tantum, qui contra ipsum Bonifacii partes susceperant, verum illos quoque, qui Regi faverant etsi a Bonifacio purpuram nacti: videbant enim, si hic declaretur non fuisse Papa, se gradu movendos esse.

Horum in numero fuit Cardinalis Albertinus: quem Papa, his ex angustiis ut evaderet, privatim consuluit tanquam conscium arcanæ sponsonis a se Regi factæ. Hic vir promptus ingenio reponebat: Unicam habes elabendi viam, nempe ut dissimulatione utens Regi exponas, ipsum rem petere difficulter probandam Ecclesiæ: unam Cardinalium partem

partem non consentire: etiam ad sco-^{Sæcul. XIV.}
 pum regium melius attingendum, red-^{A.C. 1307.}
 dendamque odiosorem Bonifacii memo-
 riam testimonia criminum ei illatorum
 necessario dicenda esse in concilio gene-
 rali, quo plus authoritatis accipiant:
 nam talibus in conciliis gravissima Ec-
 clesiæ negotia tractari. Te id concilium
 esse convocaturum in urbem Delphina-
 tus & neutrius partis Viennam Gallis,
 Anglis, Germanis, Italis, & Occitanis
 æqualiter commodam. Rex haud po-
 terit contradicere, nec conqueri se re-
 pulsam ferre: & Ecclesia fiet libera: e-
 tenim Viennam demigrans extra regnum
 ac potestatem illius eris.

Papa amplexus consilium sibi arridens,
 Regi eum in modum respondit: qui quan-
 quam minime contentus aperte repu-
 gnare nequibat: & tot promissa, tot
 alias a Papa gratias accepit, ut tum
 quidem a postulatione sua desisteret,
 ac Bonifacii causam ad concilium differ-
 ret. Clemens hac de re litteras edidit
 inscriptas Regi, quarum hæc erat sum-
 ma. Ut referri ad nos curasti, com-^{Rayn.n.10.}
 plures viri spectabiles quondam tibi
 Papam Bonifacium VIII denunciarunt
 hæresis reum; de qua eum directo ar-
 guere volebant illorum aliqui, teque tan-
 quam defensores Ecclesiæ orabant, ut
 generalis concilii convocationem urge-

Sæcul. XIV.
A.C. 1307.

res eo magis, quod Bonifacii accessus ad pontificatum non legitimus, progressus vituperabilis, agendi ratio adeo criminosa & tam mali exempli fuisset, ut Ecclesiam in discrimen adduceret. Proinde, ut vel purgaretur Bonifacius, si esset innocens, sicut optabas, vel, si sors esset, eo amoto Ecclesie pastor daretur legitimus, post receptam denunciationem, æquitatis ac Ecclesie instaurandæ studio accensus, hanc actionem suscepti tam vivente Bonifacio, quam apud Benedictum XI, & coram nobis, cum simul essemus Lugduni, ut de rebus terræ sacræ, pluribusque aliis magni momenti negotiis ageremus. Ibi vehementer instabas nobis ut hac de causa faceremus iudicium, ne cunctatio tibi tuisque noceret.

At expendimus cum fratribus nostris Cardinalibus per acriorem hac de re actionem posse corrumpi concordiam & amicitiam longissimo tempore cultam inter Romanam Ecclesiam ac te, tuosque majores ac regnum tuum; turbari pacem, tardari bellum pro terra sacræ, & gigni offensionem generalem, multaque alia mala. Itaque rogatu Fratrum nostrorum te paterne monuimus, ut omitteres severitatem accusationum iudicialium, atque hanc causam examinandam & decidendam nobis ac Ecclesie peni-

penitus relinqueres. Post preces no-
stras sæpe iteratas consensisti denique:
& nos, ut gratum monstremus animum,
ac te deinceps securum reddendi gratia
reteximus & infirmamus omnes senten-
tias anathematis, interdicti, aliasque
pœnas pronunciatas contra te, tuum
regnum, delatores, actoresque supra me-
moratos; contra Præsules, Barones, a-
liosque Franciæ incolas; contra foede-
ratos, fautores, sectatoresque tuos, cu-
juscunque status vel dignitatis sint;
& quidem ab initio dissensionis inter
Bonifacium ac te, scilicet a festo Sancto-
rum Omnium die 1 Novembris anni
1300. Atque siquid forsan tibi deinceps
posset objici de accusationibus,
injuriis, aliisque delictis contra Bonifa-
cium perpetratis, etiam de captivitate
ejus, ac de direpto Ecclesiæ thesauro,
hanc notam tibi remittimus, tollimus,
& prorsus abolemus. Guilielmum quo-
que Nogaretum, ac Renaldum Supinen-
sem Bonifacii capti reos absolvit Pa-
pa, dummodo subirent poenam sibi a
tribus Cardinalibus, quos nominabat,
imponendam. Dabat Pictavii 1 Junii
anno 1307.

Sæcul.XIV.
A.C.1307.

II. II.

Q 95 §. XIV.

Sæcul. XIV.

A.C. 1307.

§. XIV.

Historia Haitonis Armeni.

- Sup. Lib. 90.*
§. 47. Cum Papæ cordi esset bellum pro terra sacra, etiam de isto agebatur in colloquio Pictaviensi. Haito ille Armeniæ Princeps, qui duos ante annos Ordinem Præmonstratensem auxerat, Pictavium delatus hanc ad expeditionem documenta dabat, nempe historiam Orientis, quam Nicolaus Salco Papæ interpretis eadem in urbe calamo excepit. Clementis jussu Gallice primum, prout eam Haito ex memoria dictabat, scripsit; dein Latine reddidit mense Augusto 1307.
- c. 2.* Haito primum describit regnum Catajanum, quod asserit in orbe maximum; postea Tarsenum, cujus incolæ Jogures dicti falsa colunt Numina. Vidimus, quid Rubraquisius in sua narratione de his memoret. Tum Haito venit ad Turchestaniam, & ad Corasminos: videntur esse illi, qui Hierosolymam occuparunt an. 1244. De Tartaria loquens excurret late; ac ejus Imperatorum seriem post Inguiscanum ponit. Denique dat consilia pro bello sacro, & affirmat venisse tempus opportunum ad Palæstinam ethnicorum jugo liberandam.
- Sup. lib. 84.*
§. 19.
Sup. lib. 82.
§. 19.
- c. 16.*
- c. 55.*

Primum accepimus, ait, a Deo Papam, ex quo summum conscendit solium,
dia

diu noctuque solícite ac toto animo meditantem modos succurrendi terræ sacrae. Deinde cuncti Europæ Reges ac Principes inter se pacem colunt, & omnes variis in regnis Christiani ardent studio induendi crucem. Insuper ethnicorum potentia mirifice concidit tam per bella Tartarorum, a quibus cruento nuper prælio sunt victi, quam ex imbecillitate hodierni Sultani Ægyptii, hominis imbellis inertisque. Saracenorum Principes ac Sultani omnes, qui Ægyptio, cum res postularet, subsidia mittebant, Tartarorum viribus succubere: & qui solus remanserat, Sultanus Merdenfis pariter eorum jugum subiit amissis terris suis captus. Demum Tartari Christianis suppetias contra Saracenos offerunt: & hæc unica est causa, ob quam Rex illorum Carbanda fratris sui Casani vestigiis insistens Legatos misit.

§. XV.

Joannis Moncorvini expeditio apostolica continuatur.

Christiana religio per labores Joannis Moncorvini ex Ordine Minorum magnos in Tartaria progressus faciebat: ut Papa hoc ipso anno comperit. Frater Thomas Tolentinus ejusdem Ordinis ex Tartaria

Sæcul. XIV.

A.C. 1307.

Sup. lib. 90.

§. 46.

Vading.

1307. n. 6. 7.

MS. Colb.

n. 5496.

Sæcul. XIV.
A.C. 1307.

Tartaria reversus attulit a Fratre Joanne litteras Cambali dominica, cui nomen Quinquagesimæ, 13 Febr. 1306 datas; in quibus hic agebat ex quadam Æthiopiæ parte venisse ad se Legatos, orasseque, ut illuc cum ipsis iret, aut viros mitteret apostolicos; quia a tempore S. Matthæi Evangelistæ ac discipulorum ejus nullum habuissent Magistrum; & plurimi tantum nomine Christiani essent, credentes in Christum sine cognitione divini codicis, vel dogmatum religionis. Addebat Joannes se a festo Sanctorum Omnium die quadringentis hominibus vitales aquas aspersisse; & complures utriusque Ordinis fratres (Prædicatores intelligo ac Minores) adiisse Persidem & Gazariam Evangelii promulgandi causa.

Frater Thomas hujus epistolæ lator, postquam in Italiam rediens curiam Romanam in Gallia esse audierat, eo profectus Cardinalem Joannem Murium, qui Minorum Minister Generalis fuerat, de progressu expeditionis sacræ coram edocuit. Cum is rem ad Papam & Collegas suos retulisset, Thomas ad Senatuum pontificium vocatus repetita narratione sua supplicavit, ut mandata daret ad divini operis curationem & incrementum spectantia. Papa ob tam prosperum rei successum perfusus gaudio Con-

salvum

salvum tunc ejusdem Ordinis Ministrum Sæcul. XIV.
 Generalem jussit protinus de consilio sapientissimorum Fratres septem probos A. C. 1307.
 doctosque seligere, qui initiarentur Episcopi, & in Tartariam mitterentur; ubi Fratrem Joannem Moncorvinum consecrarent in Archiepiscopum totius Orientis, & Suffraganei ejus permanerent. Igitur Consalvus elegit istos Fratres, Andream Perusinum Theologiæ Professore, Nicolaum Bantranum seu Apulum, Petrum Castellensem, Andrucium Assinatem, Guilielmum Franchianum seu Villalongensem, Gerardum, ac Pe-regrinum.

Papa cuilibet collati muneris publici diploma præbuit, quod erat idem exceptis nominibus, & scriptum in hanc sententiam. Considerantes magna opera, quæ Frater Joannes Moncorvinus per divinam gratiam fecit in Tartaria, & continenter ibi etiamnum facit, eum creavimus Archiepiscopum ingentis urbis Cambali; omnium in regno Tartarico animarum gubernationem illi concedimus; ad propagandam latius illas per terras fidem & animarum salutem te adiutorem ei submittimus, ac ejusdem Imperii Episcopum designamus, tribus Cardinalibus Joanni Episcopo Portuensi, Joanni Presbytero de SS. Marcellino ac Petro, & Lucae Diacono de S. Maria in
 via

*Rayn. 1307.
n. 29.*

Sæcul. XIV. *via lata* præcipientes, ut te in Suffraganeum illius inaugurent. Et largimur tibi tuisque successoribus Episcopis omnes gratias, quas nuper contulimus Ordinibus tuis Fratribus, qui Saracenos aliosque ethnicos adeunt. Dabat Pictavi 23 Julii anno 1307.

§. XVI.

Fovetur molitio contra Constantinopolim.

Inter vias recuperandæ Palæstinæ Papa Clemens numerabat semper Caroli Valesii molimen in Constantinopolim. Hic enim Princeps anno priore Lugdunum venerat, cum ille coronaretur: & ibi consilium oppugnandæ illius urbis, quod Carolus sub pontificatu Benedicti XI susceperat, ita tractatum fuit, ut Papa eum magnopere animaret ad hanc expeditionem bellicam, & hujus gratia multas ederet litteras. Hoc anno 1307 ad Archiepiscopum Ravennatem, & cunctos Æmiliæ Episcopos scripsit se velle hunc in finem classicum sacrum cum Christianis omnibus utriusque Siciliæ, Romandiolæ, Marchiæ Anconitanæ, ac territorii Veneti: reique curam per Æmiliam seu Romandiolam his injunctis Præsulibus. Dabat has litteras 14 Martii;

Sup. lib. 90.

§. 42.

Rayn. 1306.
n. 2.

Rayn. n. 6.

Ducange

hist. C. P.

p. 225.

tii; & sine dubio similes in reliquis mi-
 sit provincias. Deinde 3 Junii promul-
 gandas Pictavii curavit litteras, per quas
 execratione devinctum denunciabat An-
 dronicum Palæologum tanquam fauto-
 rem schismatis Græcorum; & cunctis
 Regibus, Principibus, urbibus, collegiis,
 & privatis hominibus, quicumque demum
 essent, sub anathematis pœna interdice-
 bat, ne cum illo foedus sancirent aliquod,
 neu sua illum opera vel consilio adju-
 varent.

Archiepiscopus Ravennas, cujus
 mentionem supra fecimus, erat Raynal-
 dus Concoregius Mediolanensis: qui
 primum Canonicus Laudensis fuerat, a
 Bonifacio VIII in Galliam missus ad con-
 ciliandam pacem inter Gallos & Anglos.
 Tum per eundem Papam evasit Episco-
 pus Viennensis. At post septem annos,
 cum Opizon a S. Vitale Archiepiscopus
 Ravennas anno 1303 obiisset, Canoni-
 cis duas in partes discedentibus Papa
 Benedictus XI Raynaldum Leonardo
 Fiesco ipsius competitori prætulit. No-
 vus Antistes Ecclesiam suam magno fer-
 vore ac pietate rexit; & instaurandæ
 disciplinæ gratia plura concilia provin-
 cialia habuit; & unum quidem hoc ipso
 anno 1307.

Sæculi XIV.
 A. C. 1307.

n. 7.

Ughell. to. 2.
 p. 285.

Ferrar. cata-
 log. 18. Aug.

Ughell. to. 5.
 p. 1136.

to. 11. Conc.
 p. 1500.

Sæcul. XIV.

A.C. 1307.

§. XVII.

*Ecclesia Græca.**Pachym.*
l. 12. c. 21.

Interim dum Papa Principes Latinos ad invadendam Constantinopolim excitabat, Græci quiete intestina non fruebantur. Imperator Andronicus frudebat Patriarchæ Athanasio, qui se per asperam suam agendi rationem magis magisque reddebat odiosum. A Principe multos Præsules, qui eum ad recte agendum adjuvare poterant, amandaverat, coegeratque alias adire urbes: veruntamen calamitates publicas avertendi causa preces quotidie solennesque supplicationes faciebat stipatus agmine Sacerdotum, monachorumque, quibuscum etiam concilia habebat solus ex ordine Præulorum. Nec enim mutatus erat, vel mitior, quam ante suum abitum. Volebat, ut monachi totum per annum servarent jejunium quotidie semel duntaxat sumendo cibum hora tertia pomeridiana, ne festis quidem, & Paschatis diebus exceptis. Fatigabat Clericos laicosque per causam referendi omnia ad legem Dei. Vix redierat, cum causas omnes ejus iudicio permisit Imperator tam ob ipsius integritatem, & agendi rationem ab omni cupiditate alienam, quam ut eundem ofores sui colerent, ac timerent.

Fratres

Fratres Mendicantes Imperatoris permissu Constantinopoli emerant aream urbis propriam, ut ibi conderent cœnobium: quod perfecerant quantumvis reluctanter Græcis plurimis, qui hoc eorum domicilium religionis suæ puritati contrarium reputabant. Itaque Patriarcha Athanasius monasterium destruere coepit, & in locum profanum redigere. Indignati graviter Fratres non ferebant dirui ædem concessam, ubi erecta fuisset ara, fieret divinum officium, ac sepulta jacerent cadavera. Nihilominus Imperator, qui Patriarchæ nihil denegare poterat, consensit, & locum Præfecto rei maritimæ, qui erat Latinus, tribuit ea lege, ut Fratribus præstaret damnum. Hi pro conservatione cœnobii vitam dedissent suam: & quamvis Imperatoris præcepto resistere haud possent, non credebant tamen cultorem religionis ad extrema descensurum. Fecit autem, eorumque vicino Pisanorum Consuli seu Judici mandatum misit, ut exemplo S. Petri ductis secum Sacerdotibus Fratrum Latinorum ædem possidendam traderet, postquam fidelem scripsisset indicem eorum omnium, quæ inventa ibi, & inde asportata essent ita, ut nihil diriperetur, sed cuncta transferrentur ad S. Petri. Peracta res est: ac Fratres Pisanorum Consulibus violentiam Genuensium

Sæcul. XIV.

A. C. 1307.

Lib. 13. c. 10.

Lib. 12. c. 28.

87. 21. 113

Hist. Eccles. Tom. XXII.

R r bus

Sæcul. XIV. bus Peranis conquerebantur: quorum
A. C. 1307. Consul secreto misit, qui alterum ma-
 le acciperent. Reapse plura ei vulnera
 ferro sunt illata, sic ut pæne mortuus re-
 linqueretur. Quo comperto Imperator
 excanduit in Genuenses: sed eum pla-
 carunt postea.

Lib. 13. c. 8. Andronicus, quibus poterat, modis
 omnibus studebat Patriarcham Alexan-
 drinum adducere, ut Constantinopoli-
 tani actiones probaret. Sed tam procul
 abierat, ut assentiret, ut aperte se ab
 illo disjungeret. In tantæ dignitatis
 gradu positum, ingeniique ac prudentiæ
 laude florentem cum lædere non posset
 Imperator, eum conscendere navim, ac
 redire ad Ecclesiam propriam coëgit.
 Athanasius (nam & is sic vocabatur)
 quod Alexandriam petere tunc nequiret,
 triremi Venetæ se commisit, qua vehere-
 tur ad Cretam, ibi moraturus in mo-
 nasterio ad cœnobium Montis Sinai so-
 ctante, unde evocatus fuerat. Sed illic
 proficiscens in Euboeam excendit. In-
 terim Athanasius Constantinopolitanus
 sibi ab Imperatore dari curavit duo
 monasteria, quæ Athanasius Alexandi-
 nus habuerat, Anapli alterum, alterum
 Constantinopoli situm, & quoddam ter-
 tium ad Ecclesiam Antiochenam perti-
 nens, cujus sedes tum vacabat.

Patriat.

Patriarcha Alexandrinus Chalcedem ^{Sæcul. XIV.}
 delatus ad cauponem publicum divertit ^{A.C. 1307.}
 suis sumptibus. Elapso tempore aliquo,
 cum nullum cum incolis commercium ^{c. 16.}
 haberet, suspectus erat, præsertim Fratri-
 bus Mendicantibus religionis studio in-
 census. Adibant eum cum viris autho-
 ritate valentibus, & causam itineris
 scitabantur. Reposuit se adesse dunta-
 xat in transitu, & opportunitatem prose-
 quendi itineris expectare. Rogatus est
 de fide sua, quid de Latina Ecclesia,
 & de usu panis non fermentati divino in
 sacrificio sentiret? Explicare animum re-
 nuenti dicebant ipsum, cum esset Pa-
 triarcha, non posse id omittere, alioqui
 fore, ut malas suspiciones de se conce-
 ptas confirmaret. Cum ei pluribus die-
 bus frustra institissent, declarabant deni-
 que, eum debere sibi tradere confessione-
 nem fidei talem, qualem cuperent: aut
 ipsum comitesque concrematum iri tan-
 quam inimicos Ecclesiæ. Igitur præ-
 stituta est dies: convenit populus: ur-
 gebatur iterum Patriarcha, ut responde-
 ret. Nihilo plus dixit, quam antea; ni-
 mirum esse se in itinere, nec ad respon-
 sum adstringi posse præterquam in con-
 cilio.

Parabant eum comburere, cum qui-
 dam eorum progressus in medium di-
 xit: Hoc facinus haud proderit natio-
 ni

R r 2 ni

Sæcul. XIV. ni vestræ. Patriarcha potens sit Alexan-
A.C. 1307. driæ, atque cognatos spectabiles habeat,
 necessum est. Hi ejus necem vindica-
 bunt in illis, qui vestro e numero nego-
 tiandi causa Ægyptum adeunt. Vide-
 batur perbene monuisse: & satis habe-
 bant indicere Præsuli discessum ex in-
 sula decem intra dies faciendum. Abiit
 per pontem, ac terrestri postea itinere:
 sed Thebas delatum loci Dominus in car-
 cerem angustum misit; libertati dein
 reddidit, morbi levamen ab eo nactus.

6. 23. c. 28.

Interim Athanasius Constantinopoli-
 tanus pergebat supplicationes bis aut
 ter eadem hebdomade, & concilia habe-
 re sine Episcopis. Etiam solus ex qua-
 tuor Patriarchis nominabatur publicis
 in precibus. Nam Alexandrinus able-
 gatus erat, ut modo vidimus: sedes An-
 tiochena vacabat: & si quis hanc tenuis-
 set, a Constantinopolitano fuisset alien-
 nus ob ademptum Ecclesiæ suæ mo-
 nasterium Hodegorum sive Ducum viæ:
 Patriarcha Hierosolymitanus itidem A-
 thanasius nomine de sede sua depellus
 erat, postquam eum accusaverat Bru-
 las Cæsareæ Philippi Episcopus, qui e-
 jus in locum intrusus est: sed innotuit
 hunc ipsum anathemate devinctum esse.
 Hoc in statu Ecclesiam Græcam reliquit
 Georgius Pachymerus suam claudens
 historiam, quæ quadraginta novem an-
 nos,

nos, Michaëlis Palæologi viginti qua-
tuor, & Andronici viginti quinque com-
plectitur, atque ita finitur anno 1307.

Sæcul.XIV.
A.C.1307.

Pachymerus notavit mortem Constan-
tini Meliteniotæ, quam hic fidelis Vecci
socius in carcere obiit constans in fi-
de catholica & consensione cum Ec-
clesia Latina. Unicam ab Imperatore
gratiam poposcit & obtinuit, ut humare-
tur in aliqua ex desertis insulis Constan-
tinopoli vicinis. Georgius Metochita
ejus in carcere socius ibi solus hæsit,
& in sententia perstitit pari constantia.
Habemus plura utriusque scripta contra
schismaticos.

Maur. Da-
vid n.63.

Pachym.c.31

Allat. conf.
n.769.773.

Græc. or-
thod. to.2.

Neapolis Rex Carolus Claudus in
colloquio Pictaviensi cum Papa de rebus
pluribus agebat. Quia Regis Hierosoly-
mitani titulum adscribebat sibi, spon-
debat, quando generalis transitus ad re-
cuperandam Palæstinam fieret, se ipsum
iturum, aut missurum filiorum aliquem
cum trecentis Equitibus, ac triremibus
viginti. Si terram sacram Tartari Sara-
cenis eriperent, & Christianis reddendam
offerrent, se illuc aliorum Principum
instar missurum pro sua parte centum
Equites, & quinque triremes. Præte-
rea magno debito Ecclesiæ Romanæ ob-
strictus erat ob pecuniæ summas Regi
parenti suo sibi que datas mutuas pro
sumptibus belli contra domum Arra-
goniam:

Rayn.1307.
n.4.5.

n.24.

R r 3

goniam:

Sæcul. XIV.
A. C. 1307.

goniam: & hoc debitum excurrebat ad trecenta sexaginta sex millia unciarum auri: quorum tertiæ partis sive centum viginti duorum millium condonationem a Papa obtinuit, gratique animi testimonium eidem dedit 21 Julii.

§. XVIII.

Charobertus declaratur Hungaricus

Rex.

n. 15. 16. &c.
Sup. lib. 90.
§. 10. 24.

No. Thu-
roc. c. 87.

Rayn. n. 19.
20.

Papa Pictavii etiam diploma edidit, per quod Charoberto nepoti Caroli Claudi regnum Hungaricum confirmabat contra postulationes Ottonis Ducis Bavarie. Ibi Clemens refert acta sub Bonifacio VIII, ratamque habet sententiam, qua is possessionem regni adjudicaverat Reginae Mariae Hungaricae Caroli Claudi conjugii, & Charoberto eorum nepoti. Papa Bonifacio & Wenceslao Bohemicae Rege Charoberti competitori mortuis, quidam Hungari accersitum Ottonem Bavarie Ducem anno 1305 in urbe Alba Regali per Benedictum Vesprii, & Antonium Canadiae Episcopos coronari curaverant. Idcirco Papa Clemens in eodem diplomate Hungaris censuras severissimas minitatur, nisi desistant ab omni molimine in gratiam Ottonis contra Charobertum & Mariam

fulce-

suscepto: Ottoni sub iisdem poenis in *Sæcul.XIV.*
 terdicit, ne se dicat Regem Hungariæ, *A.C.1307.*
 vel hoc regnum occupet: atque si quod
 jus ad istud sibi asserat, Papa ei spatium
 anni præstituit, intra quod illud apostoli-
 cæ Sedi probet, postea non audien-
 dus. Dabat 10 Aug. 1307. & in Hun- *n. 26.*
 garia promulgandum Archiepiscopo Stri-
 gonienfi ac Episcopo Colociano mitte-
 bat cum mandato, ut ad summum tribu-
 nal citarent Antonium Episcopum Ca-
 nadiensem de imposta Ottoni corona
 rationem redditurum. Denique ut præ-
 staretur sibi obedientia, & Hungaria pa-
 caretur, Gentilem Monflordum Cardi-
 nalem Presbyterum de S. Martino *ad*
montes illuc Legatum amplissima cum
 potestate misit.

Hæc sunt, quæ Carolus Claudus Pi-
 stavii pro Charoberto nepote suo impe-
 travit: estque credibile, illius precibus
 tribuendum esse, quod in miracula Lu-
 dovici Tolosani Episcopi, quo idem filio
 gaudebat, inquiri iusserit Clemens. Jam
 tempore Bonifacii VIII coepta erant quæ-
 dam studia eo adhiberi, ut illius Prin-
 cipis memoria solenni ritu consecraretur.
 Sed cum eorum cursum stitisset
 Papæ obitus, Arelatis, Ebreduni, Aqua-
 rumque Sextiarum Archiepiscopi cum
 Suffraganeis suis & urbe Massilia Pa- *Rayn.n.23.*
 pæ Clementi V exposuere, præter vir-
 tutes

Sæcul. XIV - tutes a sancto Præfule vivo exercitas fa-
 A. C. 1307 - cta esse ac fieri continenter miracula ad
 sepulchrum ejus: & Papa Guidoni San-
 tonarum, ac Raymundo Lectoræ Episco-
 pis 3 Aug. 1307 mandatum dedit, ut Lu-
 dovici vitam & miracula investigarent.

§. XIX.

Equites Templarii capiuntur.

Cont. Nang. Res maxima, quæ in congressu Picta-
tom. 11. viensi tractabatur, ac præcipuam ei
Spicil. p. 624 materiam præbebat, fuit causa Templari-
Sup. l. 72. riorum. In pluribus historiæ hujus lo-
§. 44. cis vidimus eorum Ordinem a longo
L. 79. §. 49. tempore flagrasse infamia ob malam fi-
L. 83. §. 18. dem suam, disciplinæ impatientiam, &
L. 84. §. 54. abusum privilegiorum suorum. Illud
 proverbium: More Templariorum bibere,
 quod post tantum temporis etiamnum in
 sermone teritur, indicio est, qualis eorum
 fama hac in re fuerit.

Baluz. vit. Occasio in eos inquirendi duobus
to. 1. p. 99. narratur modis, quorum verisimilior mi-
696. hi videtur iste. In arce regia dicece-
 seos Tolosanæ quidam Squinus de Flo-
 riano dictus civis Bliterensis, & unus
 Eques Templarius desertor religionis ob
 sua crimina eidem carceri munito in-
 clusi fuerant. Propter conscientiaæ con-
 vitia suam desperantes vitam alter alteri
 noxas suas confitebantur: ut tunc fa-
 ciebant

ciebant ii, qui in mari vel alio discrimine æni. XIV.
 magno versabantur. Squinus audita A.C. 1307.
 Templarii confessione, postridie alius ca-
 stri regii Præfectum acciri ad se curavit, Joinv. p. 71.
 cui se offerebat ad detegendum Regi
 Gallie arcanum tanti ponderis, ut inde
 plus utilitatis quam ex adeptione novi
 regni posset capere. Ergo jube me,
 addebat, probe vinctum constrictumque
 ad ejus alloquium duci: nemini quippe
 alii secretum aperiam, etiamsi vita mihi
 silentium constaret meum.

Præfectus homini blanditiis, promissisque ac minis persuadere, ut rem ipsi patefaceret, frustra conatus, omnia perscripsit ad Regem Philippum, qui præcepit, ut Squinum valida cum custodia Parisios ad se mitteret. Eo delatum Rex seorsum abduxit, veritatem rei cognoscendi gratia, securum fore, immo mercedem laturum spondens. Squinus ei confessionem Templarii continenter exposuit, scilicet hunc in Ordinis ingressu ac sæpe postea se adstrinxisse ad plura errata contra fidem, & ad alia crimina sigillatim expressa. Rex protinus quosdam Templarios capi jussit ac interrogari de delictis sibi denunciatis, quæ vera comperta sunt.

Rex ea Papæ tum ipse dixerat Lugduni an. 1305, tum Pictavii curabat dici: ut fatetur Clemens in epistola 24

R r 5

Aug.

Sæcul. XIV. Aug. an. 1306 ad Regem data: ubi a-
 A. C. 1307. gnoscit Regem sic egisse studio fidel; &
 Baiz. 10. 2. adjungit: Credere volebamus ea, quæ
 p 75. nobis hac de re tunc dicta erant, &
 Dupui. p. 100 videbantur ne potuisse quidem fieri. Sed
 cum postea plura fidem excedentia &
 inaudita hactenus de Templariis audis-
 semus, coacti sumus ambigere, & quæ-
 ratio justitiæ poscit, omnia quantum
 summo cum dolore facere. Magister
 autem & plures Equites Ordinis benefi-
 cii præditi tum in regno tuo tum in
 aliis, cum suam famam apud nos, ac-
 te, aliosque profanos Dominos vapulare
 comperissent, magnopere nos orarunt
 non semel sed sæpius, ut post has ac-
 cusationes, quas perhibebant falsas, e-
 doceri nos, quid subesset, curaremus,
 seque, si essent innocentes, abolveremus,
 si essent fontes, condemnaremus. Proin-
 de nequid negligamus in causa contin-
 gente fidem, & quod ea, quæ nobis
 de illa indicasti, nostro in animo gra-
 ve pondus habeant; de consilio nostro-
 rum fratrum Cardinalium statuimus mox
 inquisitiones hanc in rem accuratas in-
 cipere: & quæ in ea faciemus, omnia
 tibi nunciabimus. Cupimus autem, ut
 vicissim communicates nobiscum ea, quæ
 hac in causa cognoveris, & omnia, quæ
 censueris expedire.

Deinde

Deinde Papa Regi scripsit, si Templariorum crimina essent tanta, ut Ordinem universum tolli oporteret, se velle cuncta illorum bona impendi in suppetias terræ sacræ ferendas, nec in usus alios converti. Dabat 9 Jul. 1307. Et mensē Majo præcedente ad Amalaricum Tyri Dominum ac regni Cyprii Administratorem scripserat, ut Templarios, qui ibi versarentur, omnes comprehendi iuberet. Epistolam ferebat Frater Haito ad Cyprium suum cœnobium rediens. Amalaricus Papæ ita respondit: Tuum mandatum omni, qua possum, diligentia conficere decrevi. At Templarii hoc in regno maximis pollent viribus: ac edocti de tota re, cum copiis, quas Nimosia ipsorum sumptibus alebat, recesserunt se defendere admodum parati. Quapropter hæc in re circumspectione magna mihi est utendum. Veruntamen, cum tuæ Sanctitatis imperium exequi omnino velle me vidissent, castrensis Præfectus & alii quatuor Duces Ordinis cum Equitibus decem circiter Nicosiam delati me domi meæ agentem 27 Maji adierunt: & coram duobus Episcopis, pluribus Religiosis, Canonicis, Baronibus, Equitibus, aliisque viris inter grandia demissionis indicia promifere se per omnia tibi gesturos morem. Igitur cum eorum arma, equosque in potestatem meam

Sæcul. XIV.

A.C. 1307.

Bal. 2. p. 97.

Dupui p. 104

Sæcul. XIV. meam accepissem, eunctos allervare statu-
A C. 1307. tui, quod tutissimum videbatur: ac eorum bona recenferi mox curabo. Interim vehementer rogo, ut confervandæ Cypro invigiles: nam Saraceni, ut audio, tantam nunc armant classem, quantam nunquam antea. Has Papa litteras Regi Philippo misit 25 Aug. 1307.

Bal. I. p. 100. Interea Rex per totum regnum suum
Dupui. p. 90. ad militum Ductores mandata misit secretissima, ut valido cum comitatu, & bene armati certo die in procinctu starent, ac proxima nocte aperirent missas sibi litteras; vetuitque sub mortis poena, ne prius eas resignarent. Tempore præfinito solutis litteris legebant ibi mandatum, ut Templarios, quos possent invenire, omnes in suo quemque loco caperent: quod diligentissime executi eos arcibus inclusere appositis custodibus: Sic uno eodemque die Veneris post festum S. Dionysii decimo tertio Octobris an. 1307 Templarii per universam Franciam sunt comprehensi magna totius orbis admiratione. Magister Generalis sicut cæteri fuit captus Parisiis in ædibus ordinis.

Sæcul. XIV.
A. C. 1307.

§. XX.

De Templariis habetur quæstio.

Eadem in urbe mox quæstio de captivis *Dupni. p. 82.*
 haberi coepta est coram multis testi-
 bus per Guillelmum Parisiensem ex Or-
 dine Prædicatorum Inquisitorem ac Re-
 gis conscientiae arbitrum hanc ad rem a
 Papa constitutum. Primus interrogatus
 est Frater Joannes Fullejus, qui sic lo-
 quebatur: Cum reciperer in Ordinem,
 Præpositus me duxit in locum secretum,
 ut abnegarem Deum. Recusantem coë-
 git inquires: Tradidisti te nobis. Com-
 pulsum me videns ajebam: Abnego te,
 intelligens Præpositum. Consului post
 hæc Bonifacium Lombardum causidi-
 cum, an hic ordo esset relinquendus mi-
 hi? Suasit, ut coram Parisino Judice
 in rebus sacris asseverarem non placere
 mihi hunc Ordinem. Frater Reinerius *p. 38. n. 2.*
 Lyricanthinus confessus est se Christo re-
 nunciasse fidem, ac ejus e cruce penden-
 tis imaginem consputasse, vidisseque cre-
 bro in comitiis generalibus adorari ca-
 put barbam prolixam habens. Guido *n. 4.*
 Dalsinus duodecim duntaxat annorum
 erat, cum Ordini nomen daret: descivit
 a Christo, & crucem conspuit. *n. 14.* Rober-
 tus Iffius eadem factus est scelera; & ad-
 didit ea se Poenitentiario aperuisse; quin
 etiam,

Sæcul. XIV. etiam, ut inde absolueretur, anno seculari a se fuisse Romam missum nepotem suum; sed hunc in via obiisse.

n. 18.

Guilielmus quidam (an Cabillonensis, aut vero Catalaunensis fuerit, incertum) perhibuit se per cultrum jugulo admotum suo adactum esse, ut Christo nuncium

n. 22.

remitteret. Guilielmus Herblæus dixit caput, quod Equites adorarent, esse ligneum argentatum auratumque.

n. 26.

Jacobus Molæus Magnus Ordinis Magister itidem confessus est se religionem ejurasse; & adjunxit: quando suscepimus Equites, ad aliquos nostrorum Fratrum dicebam, ut illos seorsum ducerent, ac juberent facere, quod deberent: volebamque illos agere idem, quod egeram.

n. 64.

Petrus Villerius retulit se unius diei ac noctis spatio fuisse in carcere, quia deficere a Christo noluerit.

n. 81.

Joannes Provenensis octo diebus sic inclusus fuit ob eandem causam.

n. 82.

Frater Renaldus sanctiones Ordinis nunquam videre potuit: quare credidit eos jure accusari.

n. 86.

G. Homenilius libens discessisset ex Ordine, nisi metuisset iram propinquorum post magnos sumptus in suum iter transmarinum ab iis factos, præterquam quod visus esset abiisse ex abjectione animi.

n. 87.

Hugo Peraldis plures Equites iisdem conditionibus admisit, eo quod Ordinis decreta sic poscerent. Iudicavit caput, quod

quod adorarent, Cessero relicto habere quatuor pedes, duos prorsum, retrorsum caeteros. Radulphus Gifius addidit illius formam esse terribilem; & quoties monstraretur, omnes prostrernere se, & capita sua deducere. Godefridus Gonevillus in Anglia adscriptus Ordini cum abjurare Deum renueret, Praepositus ad eum dixit: Hic nobis mos est, adscitus per Magnum Magistrum, qui a Sultano in carcerem missus, exivit inde facto promisso excitandi hanc consuetudinem. Adjunxit Godefridus se crebro fuisse paratum ad reliquendum ordinem; sed timuisse magnam Templariorum potentiam; & cum Regi rem denunciare quodam die statuisset, a proposito avocatum esse per bona grandia, quibus in Ordine frueretur.

Ita Templarii centum quadraginta circiter Lutetiae diversis diebus interrogati fuere per Octobrem ac Novembrem anni 1307. Plerique fatebantur eadem facta praeter impietates, quarum memini, libidines abominandas continentia. Similis quaestio in provinciis eodem tempore habebatur, Trevis, Bajocassij, Cadomi, Cadurci, Carcassone: ubi Frater Joannes Cassagnus Ordinis beneficio praeditus Equitum receptionis ceremonias sigillatim retulit.

sacul XIV.
A.C. 1307.

n. 88.
n. 122. p. 87.

p. 81. § 2. 89.
p. 90. n. 25.

secu-
nepo-
Gui-
aut
per-
otom
cium
dixit
Te li-
dinis
ligio-
o sa-
Fra-
rent,
vo-
ege-
nius
quia
annes
s fuit
aldus
re po-
culari.
x. Qe-
lorum
trans-
quod
animi.
isdem
rdinis
caput,
quod



Sæcul. XIV.
A.C. 1307.

§. XXI.

Papæ querimoniam.

*Spicil. to. 10.
p. 357.*

Dupui. p. 100

*Baluz. to. 2.
p. 114.*

Clemens comperta communem per ru-
morem Templariorum comprehen-
sione, quæ rationes Regem eo induxis-
sent, infcius dolorem inde simul & i-
ram concepit præcipue contra Inquito-
rem Guilielmum Parisinum, qui iplo in-
consulto quæstionem subito habuisset.
Quocirca ejus ac Præsulum eatenus pro-
gressorum potestatem suspendens, totam
Templariorum causam ad se evocavit.
Etiam Regi scribens, quod is hos E-
quites Summæ Sedi proxime subiectos
carceribus addicendo jurisdictionem ec-
clesiasticam usurpaverit, conquerebatur.
dicebatque duos a se Cardinales Beren-
garium Fredolium ac Stephanum Su-
sium ideo ad ipsum mitti, ut cum eis haec
de re ageret, ac iisdem traderet tam Tem-
plarios quam horum bona. Dabat
Oct. 1307. Rex, Episcopi, & Inquitor
exponebant Papæ, fuisse opus præve-
nire mala Equitum consilia fidei gravi-
ter perniciosâ, ut liqueret ex cogitatio-
nibus per Præsules ac Inquisitores ca-
ptis.

Rex separatim respondit Templarios
rogatu Inquisitorum, quos Papa ipse in
Gallia constituisset, carceribus mandatos
duobus

duobus Cardinalibus, qui Papæ ac Ec- Sæcul.XIV.
clesiæ personas gererent, traditos esse: A.C.1308.
ita se iussisse, eo quod jura Ecclesiæ ac
sua cunctis in rebus tueri cuperet. Ad-
didit: Ad illorum bona quod attinet, fi-
deliter custodienda curabimus, ut im-
pendantur integra in suppetias terræ
sacræ ferendas, quibus pietas Christia-
norum ea primitus destinavit: iisdem-
que bonis accipiendis & conservandis
homines probos præferemus, alios ab-
iis, qui nostra tractant negotia. Dabat
dominica ante Natalem Christi vicesima
quarta Decembris anno 1307.

Deinde Papa melius rem edoctus su-
spensionem contra Episcopos & Inqui-
sitores pronunciatam sustulit; sed ea le- *Spicil.p.630*
ge, ut in sua quisque dioecesi ac territo-
rio privatos tantum Templarios percon-
tarentur, non nisi a Metropolitans in con-
ciliis provincialibus judicandos: qui ta-
men in generalem Ordinis totius sta-
tum non inquirerent: hujus enim co-
gnitionem Papa Legatis hanc ob causam
missis, Magni vero Magistri ac præcipuo-
rum Equitum examen ac iudicium si-
bi & Summæ Sedi reservabat. Hæc
continent litteræ ad cunctos Franciæ
Episcopos & Inquisitores datæ Pictavii 5
Julii an. 1308.

Interim Clemens pergebat mandata
edere, ut Templarii cæteris in regioni-
Hist. Eccles. Tom. XXII. S s bus

Sæcul. XIV. bus caperentur: ut patet ex epistola
 A.C. 1308. quam 22 Novembris scripsit ad Robertum
 Calabriæ Ducem Regis Neapolitani
 filium natu majorem. Significabat ei
 quomodo Gallorum Rex de consilio Præ-
 sulum, Baronum, aliorumque virorum
 prudentium Magnum Templariorum Ma-
 gistrum, & plurimos Equites privatos uno
 no eodemque die comprehendi curave-
 rit. Adjungebat: Tum Magnus Magi-
 ster Parisiis coram multis viris sacris
 spectatisque, Doctoribus Theologiæ &
 aliis ultro est confessus defectionem a Chris-
 to in professionem Equitum introductam
 esse contra primam Ordinis institutionem.
 Permulti Equites ejusdem Ordinis in
 diversis Galliæ partibus eadem fateban-
 tur scelera, quæ serio dolebant: & nos
 ipsi aliquem clarissimo genere & autho-
 ritate magna conspicuum his de rebus
 interrogavimus; qui nobis falsus est se
 in suo ingressu Ordinis Christo fidem cal-
 tumque renunciasse, ac vidisse idem fa-
 cere alium in præsentia Fratrum plurimum
 ducentis. Proinde te oramus, ut has
 nactus litteras Templarios in tuis ver-
 santibus terris quamprimum comprehen-
 di cures tali cautione, ut cuncti unico
 capiantur die, & nostro tantum nomine
 afferentur. Ex nostra pariter authori-
 tate homines fidos sed alios a ministris
 tuis curare illorum bona jubebis.

§. XXII.

Sæcul' XIV.

A. C. 1308.

Balduinus Luxemburgus Archiepiscopus Trevirensis.

Diethero Nassovio vita functo Canonici Trevireses 7 Dec. 1307 convenere, ut eligerent Archiepiscopum, & Balduinum Luxemburgium postularunt, quem Papa ad sedem Moguntinam non admiserat. Postularunt autem quippe juniorem, quam ut eligeretur. Erat Canonicus Præpositusque Trevirensis, atque per suam indolem præclaram, & bonam educationem magnas de se spes præbuerat. Et vero communi gaudio excepta est postulatio. Confestim legatio mittebatur Pictavium ad Papam Clementem, præcipue ætatis gratiam petitura: Balduinus enim tantum viginti duos habebat annos. Papa vehementer instante Petro Archiepiscopo Moguntino de consilio Cardinalium legis gratiam fecit, & confirmavit postulationem.

Sap. 6. 10.

Gregor. 1. 17.

n. 1.

Gesta Bald.

10. 1. Miscel.

Baluz. p. 98.

Trith. Chr.

Hirs. an.

1307.

Balduinus Parisiis Juri Canonico dabat operam. Accepto ibi dignitatis suæ nuncio mox Pictavium petiit cum duobus fratribus suis Henrico Luxemburgi Comite & Valerano, numerosoque comitatu. Jubente Papa an. 1308 decima Martii, quæ erat secunda jejunii verni

S s 2

domi-

Sæcul. XIV. dominica per Cardinalem inauguratus
A.C. 1308. sacerdotio, postmodum a Clemente ipso in
 Archiepiscopum consecratus accepit pal-
 lium. Tum ad dioecesim suam profici-
 scens prope hinc aberat, quando per e-
 pistolam ab Archiepiscopo Moguntino
 missam comperit Albertum Austriacum
 Romanorum Regem 1 Maji per nepo-
 tem ipsius Joannem Sueviæ Ducem oc-
 cisum esse, cum regnasset novem annis
 totidemque mensibus. Balduinus Tre-
 viros solenniter intravit die Pentecostes
 2 Junii: celsamque hanc sedem quadra-
 ginta sex annis tenuit.

§. XXIII.

Dulcinus hæreticus.

Sup. lib. 89. Annos abhinc duos & amplius in Lom-
§. 12. bardiaë montes Novariæ vicinos con-
Ptol. Luc. venerant quidam hæretici, reliquias fal-
ap. Baluz. forum Apostolicorum, quos Papa Ni-
to. 1. vit. p. 26 colaus IV condemnaverat an. 1290. Ca-
Et Bern. put illorum erat Dulcinus filius Sacer-
Guid. ibid. dotis in eadem dioecesi. En errores
p. 66. v. p. 605 ejus. Ecclesia Romana pridem perdidit
C. Nang. p. omnem authoritatem a Christo acceptam:
623. Apoc. & Ecclesia, in qua sunt Papa, Cardinales,
18. Emeric. Clerus, ac Religiosi, est Ecclesia repro-
Direct. p. 269 bata & sine fructu; est magna meri-
 trix in Apocalypsi: potestas, quam ei
 Christus primum dederat, ad Ecclesiam
 nostram

nostram transit, quæ est congregatio spi-^{Sæcul. XIV.}
 ritualis & ordo Apostolorum. Ita se ^{A. C. 1308.}
 nominabant. Nos soli, adjungebant, af-
 secuti sumus perfectionem, quam habe-
 bant Apostoli, & libertatem, quæ pro-
 xime a Christo venit: ideo non tenemur
 obedire Papæ, vel alii cuiquam homini:
 nec ille nos proscribere potest. Ad con-
 gregationem nostram libere transire pos-
 sunt omnes homines cujuscunque status,
 Religiosi & profani, etiam ligati connu-
 bio sine consensu conjugis. At nemi-
 ni licet congregationem nostram relin-
 quere, ut ordinem alium intret, aut cui-
 piam homini obedientiam præstare: hoc
 esset a perfectione decidere: ac extra
 congregationem nostram non est salus:
 & vero cuncti, qui nos exagitant, sunt
 in statu damnationis.

Papa nequit absolvere a peccatis, ni-
 si sit sanctus, ut erat Divus Petrus, vi-
 vens in summa inopia & demissione,
 neminem vexans, impugnans neminem,
 sed libertatem cuilibet permittens. Quip-
 pe omnes a S. Silvestro Papæ ac Præfu-
 les, cum de prima hac sanctimonia de-
 flexerint, prævaricatores sunt ac dece-
 ptores excepto Papa Coelestino Petro
 Morono. Nulli Sacerdoti vel Præsult
 decimæ solvi debent, nisi colat pau-
 pertatem, quam colebant Apostoli: qua-
 propter nobis duntaxat pendi debent.

Sæcul. XIV

A. C. 1308

J. Vill. 2.

c. 84.

Anton. to. 3.

p. 270.

Corio. 2. par.

p. 383.

ap. Emeric.

p. 271.

Viri ac foeminæ sine discrimine possunt habitare simul: charitas enim postulat, ut omnia sint communia. Perfectius est omittere votum, quam nuncupare. Deus tam bene ac melius orari potest in sylvis, quam in templis; nec plus valent preces in æde consecrata, quam in stabulo equorum, porcellorumve. Non est jurandum nisi pro conservanda fide. Nempe, quia etiam coram tribunali vetabant juramentum, ex hujus reculatione noscebantur. Igitur hoc permittebant eo solo in casu, ut fallerent Præsules ac Inquisitores: sed non credebant hoc juramento se adstringi ad dicendum verum, & fraudes, quas poterant, omnes adhibebant, ut fidem celarent suam; præterquam si mortem nequirent effugere: nam hoc in casu illam aperte profitendam esse affirmabant, neque tamen prodendum e fratribus aliquem.

Dulcinus hanc doctrinam tradens plurimos sectantes habuit ex utroque sexu, plerosque de plebe, erantque aliorum millia quatuor circiter. Cum Dulcinus Mediolano aufugere coactus esset, hærebant in montibus & sylvis ferarum instar, & mendicato vivebant, vel rapto; nam bona esse communia asserabant. Papa Clemens misit Inquisitores ex Ordine S. Dominiçi, qui hos hæreticos ad sanam reducerent fidem, aut saltem

tem accurate inquirerent in eorum vitam, ^{Sæcul. XIV.}
 sibi que rei notitiam darent. Hac ac ^{A. C. 1303.}
 cepta sacrum bellicum contra eos cani
 curavit, & magnam noxarum veniam
 sponderi, ita ut cruce signati etiam susci-
 perent votum militandi suis sumptibus.
 Sic Inquisitores collegerunt exercitum;
 quem ducebat Episcopus Vercellensis Rai- ^{Ughell. to. 4.}
 nerius Advocatus nomine, qui hanc se- ^{p. 1104.}
 dem tenebat ab anno 1303.

Hæreticorum vestigiis instabat anno
 1308 per verni jejunii tempus; eosque ^{Baluz. to. 1.}
 adeo in angustum conclusit, ut in mon- ^{v. 26. 66.}
 tibus suis multi fame ac frigore necaren-
 tur: quippe magna nivium vis cecide-
 rat. Plures quadringentis periere, si
 numeremus cælos: atque centum quin-
 quaginta circiter capti sunt; inter alios
 Dulcinus die Coenæ Domini sacra 11 A-
 prilis. Comprehensa simul est Margari-
 ta Tridentina concubina ejus, quæ pro-
 saga habebatur. Per sententiam Ec-
 clesiæ declarati hæretici tradebantur
 foro profano, quod Dulcinum & Marga-
 ritam ultimo supplicio affici jussit: ambo
 membratim & in frustra concisi fuere,
 Margarita prior in oculis Dulcini: tum
 eorum artus & ossa comburebantur. E-
 tiam sociorum aliqui puniti sunt pro ra-
 tione suorum criminum: sed non ideo
 secta penitus extincta fuit.

Sæcul. XIV
A.C. 1308.

Bal. to. 2.
p. 67.

Ughet. *ibid.*

Papa Dulcini captivitate[m] 15 Aprilis postridie Paschatis vespere comparatam mox Regi Philippo Pulchro indicavit per epistolam Pictavii scriptam hunc in modum. Gratissimum hodie nuncium accepimus, illum dæmonem perniciosum, illum filium Belial, horribilissimum hæresiarcham Dulcinum post magnam stragem, multosque labores, pericula & sumptus tandem cum multis sectatoribus in vincula conjectum esse per Rainerium Episcopum Vercellensem: & mittimus tibi exemplar litterarum hujus Præsulis, ut comprehensionis circumstantias melius cognoscas. Ut vero remuneraretur Episcopum ob impensas hanc in expeditionem bellicam insumptas, tria diplomata eodem die 4 Julii pro eo Pictavii jussit confici. Per primum ei concessit, ut in pecunia pendendum sibi curaret jus procurationis pro inspectionibus Ecclesiarum suæ dioceseos, quamvis eas per alios faceret. Per alterum exemit illum cunctis pensionibus in bonum Papæ vel Legatorum impositis ipsi aut imponendis. Per tertium ei tribuit facultatem conferendi canonicatum, dignitatem vel beneficium simplex in cunctis cathedralibus, & collegialibus, ut vocant, templis suæ ac Novarianæ, Astensis, Eporedianæ, Taurinensis.

nenisque diœcesum. Sic Papa Episcopi sumptus compensavit.

Sæcul. XIV.
A.C. 1308.

§. XXIV.

Continuatur causa Templariorum.

Rex Philippus Pulcher causam Templariorum considerate discuti cupiens consuluit Theologicam facultatem Parisinam: quæ respondit per decretum datum die Virginis ab Angelo salutatæ 25 Martii an. 1307, nimirum an. 1308 ante Pascha. Decreti summa erat hæc: In causa hæreseos neminem plectere potest Judex profanus, nisi hunc roget Ecclesia accusatum destituens. Veruntamen in necessitate vel imminente periculo Judex profanus potest reum capere, ut eum Ecclesiæ tradat. Pro Religiosis ac Exemptis habendi sunt ii, qui professi sunt Ordinem militare ab Ecclesia institutum. Eorum bona reservari debent usibus, ad quos destinata fuere.

Dupui.
Templ. p.78.

Rex iterum cum Papa colloqui volebat: ideoque senatum Cæsaroduni habuit primo post Pascha mense scilicet Majo. Illuc e cunctis prope regni urbibus & castellanorum Dynastarum terris oratores convocavit tum nobiles tum plebejos. Etenim, ne sua agendi ratio in re tanti momenti carperetur, statuerat

C. Nang.
p. 628.
Bal. to. I.
p. II. 12.

.XIV. l. 105. - 30

.Sæcul. XIV.

A. C. 1208.

non solum Nobiles ac litteratos, verum etiam cives aliosque laicos adhibere in consilium. Propemodum cuncti, postquam Templariorum confessiones viderant, censabant morte dignos: & Universitas Parisina, præsertim Doctores Theologiæ sententiam diserte rogati sunt, iussique mittere confessionem Magni Magistri, & aliorum quorundam e præcipuis Equitibus. Itaque conventum generalem egerunt sabbato post Ascensum Domini 25 Maji: & miserunt Regi confessionem petitam cum exemplari epistolæ Magni Magistri, qua universos Fratres suos edocebat se illud & illud esse confessum; & ipsos debere tantundem facere. Universitas Regi significavit etiam standum iudicio Romanæ curiæ, cuius esset iudicare de vita Religiosorum, de hæresibus, atrocibusque delictis.

Rex Pictavium venit cum suis fratribus, filiisque ac toto consilio. Lente & accurate res ponderabatur coram Cardinalibus: omnesque rationes pars utraque proponebat, pontificia nimirum ac regia: denique ita convenit, ut Rex cunctos Templariorum redditus acciperet conservaretque, donec cum Papa decrevisset, quid iis esset faciendum; Equites non puniret nisi ex consensu Papæ; custodiri autem porro curaret alique proven-

proventibus Ordinis usque ad concilium ^{Sæcul. XIV.}
 generale, quod tum statutum est. In A.C. 1308.
 terea dum Rex Pictaviæ erat, vocabantur
 illuc Magnus Magister & complures Equi-
 tes, Papæ Regisque voluntatem au-
 dituri: sed modico post tempore ad pri-
 mos carceres suos reducti sunt.

§. XXV.

Quæstio Cainonensis.

Cum aliqui horum Equitum advenire
 Pictavium non potuissent, sed ægri
 mansissent Cainone in Turonia, Papa
 tres illuc Cardinales misit, qui quæstio-
 nem de illis haberent. Equites erant
 quinque, Magnus Magister Templi, Be-
 neficiarius in Cypro, Inspector Galliæ, ac
 duo Beneficarii in Aquitania & Norman-
 nia. Cardinales erant Berengarius Fre-
 dolius, Stephanus Susius, & Landolphus
 Brancacius. Sabbato post assumptam
 in cœlum SS. Virginem 17 Augusti ac-
 cersito Beneficario Cyprio malefactis,
 de quibus Ordo infamatus esset, expositis
 injunxere juramentum. Agnito delicto
 suo falsus est se defecisse a Domino
 Nostro, & juxta crucem spuisse.
 Beneficiarius Normannicus abdicatio-
 nem fidei pariter est confessus. Dein,
 cum Beneficarii Pictonicus, Normanni-
 cus, & Aquitanicus simul essent, Picto-
 nicus,

Dupui. p. 118

Bal. to. 2.

p. 121.

1688

27. 18

18. 18

Sæcul. XIV.
A.C. 1308. nicus fatebatur se illi, a quo receptus fuisset in Ordinem, promississe, si Fratres ipsum sui rogarent, an abnegasset Deum, fore, ut id affirmaret.

Postera die dominica 18 Augusti Cardinales mane acciri ad se iusserunt Fratrem Hugonem Paraldum, ac vespere ultimum Magistrum Magnum: qui auditis accusationis capitibus postulatum usque ad diem proximam deliberandi spatium impetrabant. Die lunæ igitur Frater Hugo in confessione Parisiis facta persistens speciatim dicebat se Christo renunciasse fidem, & caput seu idolum illud vidisse. Tandem sequente die Martis Magnus Magister confessus est se Deo nuncium remisisse; atque Cardinales oravit, ut fratrem ipsi servientem, quem haberet secum, audirent: qui est idem falsus. Omnes hæc confessiones redactæ sunt in formam autoritate valentem. Tum accusati petebant absolutionem a censuris, in quas incurrissent: & Cardinales illam eis dederunt. Hæc videmus in epistola, quam ad Regem Philippum hac super re scripserunt Cainone eodem die Martis 20 Aug. 1308.

Convocatio concilii Viennensis.

Tres Cardinales Pictavium reversi Papæ exhibitis suæ functionis actis omnia, quæ facta erant, exposuere. Sub hæc ille diploma, quo concilium convocabat, edidit. Illud destinatum erat cunctis Archiepiscopis, horum Suffraganeis, omnique Clero seculari ac Religioso cujusvis provinciæ ecclesiasticæ: & exemplar, quod in collectione conciliorum habemus, inscriptum est Archiepiscopo Cantuariensi. Ibi Papa loquitur in hanc sententiam. Ordo militaris Templario-to. II. CONC. p. 1503.rum institutus erat ad tuendam terram sacram: & hac de causa Ecclesia ingentes illi opes, & magna dederat privilegia. At summo cum dolore comperimus, hunc Ordinem totum descivisse a religione, atque in libidines abominandas, variasque hæreses incidisse. Hæc querimoniæ secreto ad nos delatæ sunt jam inde ab initio pontificatus nostri, immo antequam Lugdunum peteremus, illic coronandi: sed erant tam parum verisimiles, ut eis præbere aures nollemus. Postea dilectus filius noster Rex Franciæ Philippus de iisdem pariter edoctus minime obscura rei hujus indicia nobis per suos Legatos & litteras patefecit, solo fidei, nullo
lucri

Sæcul. XIV. A.C. 1208. lucris studio ductus; quia nihil de bonis
hujus Ordinis sibi vindicare cupit: e
contrario ea nobis ac Ecclesiæ per
Galliæ spatium administranda reliquit,
& conservanda.

Crescebat interim mala Templario-
 rum fama: & quidam eorum nobilissi-
 mo natus genere, magnique in Ordine
 nominis vir remotis arbitris coram no-
 bis juravit, in Fratrum receptione mortis
 esse, ut admissus ejuret Deum, & obla-
 tam sibi crucem conspuat: addebatque
 recipientem ac receptum perpetrare ac-
 ctiones alias non vetitas solum sed & di-
 ctu foedas. Tum vero sine neglectu no-
 stri muneris nobis haud erat integrum
 amplius his questibus aures occludere.
 Nam Rex, Proceres, Ordo Nobilium,
 Clerus, ac populus Galliæ tam per se,
 quam per oratores suos easdem coram
 nobis querelas moverunt: quarum ar-
 gumenta vidimus in plurimis confes-
 sionibus ac testimoniis Magni Magistri,
 Equitum beneficiis præditorum, & Fra-
 trum Ordinis, receptis per Præsules ac
 Inquisitores Galliæ, nostrosque ad ocu-
 los perlatis, ita ut nec has querimo-
 nias parvi pendere sine magna offen-
 sione, nec tolerare malum sine præsentem
 periculo potuerimus.

Itaque ad examen rei hujus nobis
 procedendum rati, beneficiarios Equites,
 Sacer-

Sacerdotes, aliosque Ordinis Fratres
 quam plurimos nostrum conspectum
 subire iussimus; & ad iurandum ad-
 actos septuaginta duos coram multis
 Cardinalibus percontati, confessiones in
 authentica forma scribi curavimus: quas
 illi paucis post diebus in Senatu nostro
 coram se lectas, & in sua cuique lin-
 gua vulgari expositas approbarunt con-
 firmaruntque. Deinde Magnum Magi-
 strum, & Magnos Equites beneficiarios,
 Gallicum, Transmarinum, Normanni-
 cum, Pictonicum, & Aquitanicum ad
 nos Pictavium transferri voluimus, a no-
 bis ipsis interrogandos. Sed quibusdam
 eorum tunc ægrotantibus ita ut nec
 equis nec ullo modo ad nos advehi pos-
 sent, hanc quæstionem Cardinalibus Be-
 rengario, Stephano, & Landulfo com-
 misimus.

Hic Papa percenset omnia, quæ tres
 hi Cardinales Cainone egerant: tam
 perguit: Per has confessiones, hæc testi-
 monia, & ea, quæ cognitores ad nos re-
 tulerunt, vidimus Magnum Magistrum
 & Fratres ejus graviter peccasse, magis
 alios, alios minus. Et considerantes
 scelera tam horribilia non posse impuni-
 ta permitti, nisi nos coram Deo & tota
 Ecclesia iis affines redderemus, statui-
 mus quæstionem de privatis Ordinis Fra-
 tribus habendam Episcopis locorum, aliis-
 que

æcul. XIV.
 A. C. 1305.

p. 1056. D.

Sæcul. XIV.
A.C. 1308.
que per nos designandis, & inquisitionem in totum Ordinem rursus aliis deferre. Subjungit: Cum autem omnium interfit tantis mederi malis, postquam hac de re sæpe ac sedulo cum Cardinalibus aliisque sapientibus viris deliberavimus, pro laudabili more nostrorum patrum decrevimus concilium universale in primam Octobris anni 1310 convocare, ut ibi Templariorum Ordini, & horum bonis, fidei catholicæ, recipiendæ terræ sacræ, corrigendis Ecclesiæ moribus, ac libertati ejus instaurandæ provideamus.

§. XXVII.

Mandatur inquisitio in Templarios.

p. 1510. E.

Idcirco te Archiepiscopum Cantuariensem, & vos Londini, Vinconicæ, Sarvioduni, Vigornæ, ac Lindi Episcopos jubemus in nostram urbem Viennam præscripto tempore ipsos venire. Cæteri provinciæ vestræ Episcopi ibi manebunt, ut functiones pontificias tam vestris, quam suis in diocesisibus obeant; & illi æque ac reliquus Clerus tum secularis tum Religiosus vobis plenam dabunt potestatem concurrenti suo nomine ad omnes concilii sanctiones: sin minus, tenebuntur hoc ipsi adire, aut illuc mittere procuratores alios cum eadem potestate

testate. Interim emendanda omnia re- Sæcul. XIV.
feretis in commentarios ad concilium A.C.1308.
deserendos. Dabat Pictavii; & adscri-

pta est duodecima Augusti anni 1308.
Sed ante finem ejusdem mensis diploma
non potuit confici, quia meminit quæ-
stionis Cainonensis non nisi die vigesimo
conclusæ.

Eodem tempore Papa ad Archiepis-
copum Cantuariensem & Suffraganeos
ejus aliud diploma misit: in quo cum
de causa Templariorum eadem narrasset,
adjunxit: Sed quia cunctis in regionibus,
ubi dispersus est hic Ordo, per nos i-
psos inquirere nequimus; volumus, ut
in sua quisque urbe ac dicecesi cum fo-
ciis, quos vobis damus, editto publico
omnes Templarios in illis versantes locis
citetis, & quæstionem de iisdem habeatis
in punctis, quæ nostro clausa sigillo
vobis mittimus, & in aliis, quæ censebitis
idonea. Adhæc mandamus, ut post
has inquisitiones concilium provinciale
privatos Equites interrogatos vel absol-
vat, vel damnet. Inquilitores a nobis
in provincia constitutos noveritis admit-
tendos esse, si velint, ad quæstiones has
& judicia. Socii a Papa pro hac pro-
vincia nominati erant Patriarcha Hie-
rosolymitanus nempe Antonius Dunela-
censis, Episcopus, Archiepiscopus Ebo-
racensis, tres Episcopi Linconia, Cice-
stria, T t

Hist. eccl. just. Tom. XXII.

Sæcul. XIV. **A.C. 1308.**
 itriæ, & Aureliæ; duo Abbates Latinia-
 ci & ad S. Germani de Pratis, quidam
 Canonicus Narbonensis Auditor curiæ
 apostolicæ, & Parochus quidam dicece-
 feos Londinensis.

p. 1544. E. Diploma conventum convocans mit-
 tebatur singulis Archiepiscopis, muta-
 tis tantum nominibus provinciarum, ac
 Episcoporum, qui ad concilium accer-
 lebantur; exempli gratia ex provincia
 Turonensi Rhedonum, Andegavi, & Nan-
 netarum Episcopi; ex Bituricensi Mi-
 mati, Lemovicarum, & Anicii Præsules;
 ex Rothomagensi Bajocassinus, & Co-
 sedianus: ex Narbonensi Tolosæ, Ma-
 galonæ, ac Bliterarum Antistites; & sic
 porro per totam Ecclesiam Latinam.

p. 2550. C. Ad urbem Romam quod attinet, Inar-
 do Thebarum Archiepiscopo honorario,
 & Vicario Papæ inscriptum diploma fuit.
 Idem missum est Regi Franciæ Philip-
 po hac cum clausula: Cæterum, quia
 pluribus ex causis interest, ut tam cele-

p. 1539. **p. 1544. B.** bre concilium ornet præsentia tua, cæte-
 rorumque Principum catholicorum, ro-
 gamus & suademus, ut ipse illi adsis. Di-
 ploma mittebatur etiam Eduardo II Re-
 gi Angliæ, Carolo Regi Siciliæ nempe
 Neapolis, Carolo ejus nepoti Regi Hun-
 garizæ, Friderico Regi Trinacriæ, nunti-
 rum Siciliæ, & cunctis reliquis Regibus.

Mandatum de inquisitione in Templarios fuit pariter missum in omnes provincias ecclesiasticas : & Cognitores erant diversi. Pro Senonensi provincia Papa constituit Archiepiscopum Narbonensem, Bajocassii, Muniti, & Lemovicarum Episcopos, Matthæum Neapolitanum Archidiaconum Rothomagensis, Joannem Mantuanum Archidiaconum Tridentinum, Joannem Monlaurium Archidiaconum Magalonensem, & Guilielmum Agarinum Præpositum Aquisextanum. Per epistolam cunctis Galliarum Episcopis inscriptam Papa præcepit, ut harum inquisitionum socios ex sua quisque Ecclesia sumerent duos Canonicos, duos Dominicanos, ac totidem Fratres Minores, quos bona fide putarent aptissimos. Dabat 13 Jul. 1308.

Sæcul. XIV.
A. C. 1308.

On. vi
Templ. p. 115

Spicil. to. 10.
p. 362.

§. XXVIII.

Templi Lateranensis incendium.

Interim Clemens Roma nuncium accepit tristissimum. Nocte præcedente diem festum S. Joannis ante Portam Latinam sextum Maji Lateranense templum conflagravit. Ignis e vestiario sacro erumpens evasit in tectum pronai, & consumpsit pæne totum ; dein altare Canonorum, atque concham seu chori locum corripuit. Domus per ambitum omnes.

J. Vill. l. 8.

c. 97.

Rayn. n. 10.

II.

T t 2

inter

Secul. XIV

A. G. 1308.

Bal. 10. 1.

p. 67.

V. Mocurs

Chrét. n. 35.

36.

ter alias Canonorum aedes combustae sunt: & solum restitit cameratum sacellum, quod Sanctum Sanctorum dicebatur. Tabernaculo argenteo, quo tegebatur altare princeps, liquefacto, magnopere metuebatur de ara ipsa, in qua S. Petrus sacrificasse ferebatur. Haec enim ara lignea tantum erat, ut etiamnum est, ac formam arcae habebat, pretiosas continens reliquias. Sed per animosam quorundam pietatem ex incendio erepta in ejusdem templi aedícula Divo Thomae sacra conservabatur munita sigillis trium Cardinalium, Joannis Buccamacii Episcopi Tusculani, Jacobi Columnae, ac Francisci de Ursinis Diaconorum. Romani hunc adversum casum pro divina animadversione habebant: urbs personabat lamentis: fiebant supplicationes publicae ad implorandam Dei misericordiam. Vidisses discordias placari, inimicos redire in gratiam, plurimos utriusque sexus homines poenitentiae signa edere, alterum alteri stimulos adhibere ad reparandum sua opera vel ope hoc templum dignitate primum totius orbis.

Papa igitur mox cogitans de remedio Isnardum honorarium Thebarum Archiepiscopum, ac suum Romae Vicarium cum magna pecuniae summa misit, ut Lateranense aedificium in pristinam

finam magnificentiam restitueret de Sæcul.XIV.
 consilio trium Cardinalium, quos modo A.C.1308.
 nominavi, & quibus scripsit. Episto-
 lam ad Episcopum Tusculanum dabat
 Pictavii 11 Augusti. Scripsit etiam Ro-
 manis laudans pietatis studium, quod
 commonstrarent tam per reconciliatio-
 nes, ac opera poenitentiae, quam per con-
 structionem, cui universi sine discrimine
 ætatis, sexus, vel status, Nobilesque ac
 divites sicut alii manus admoverent: &
 illis alacritatem addendi gratia noxarum
 veniam impertiit.

Sub finem Augusti Clemens cum sua *Baluz. to. 7.*
 curia Pictavio per Burdigalam & Agin- *p.66. 655.*
 num profectus Tolosam secundo intra-
 vit mense Decembri. Ibi cunctis ab
 ordinibus solennissime exceptus die Na-
 tali Domini in cathedrali S. Stephani
 templo rem divinam pontificio ritu per-
 egit. Habebat Tolosæ secum novem
 Cardinales, & usque ad festum Epipha-
 niæ diem illic permansit.

Isnardus Tacconius, quem Papa tunc
 Romam misit, erat Ticini natus, ac ex
 Ordine Prædicatorum. Anno 1302,
 cum per Burdigalam solus & incognitus
 in Lombardiam iter faceret, Clemens
 adhuc Archiepiscopus eum cœpit nosce-
 re, ac in magna necessitate sibi opitulan-
 tem habuit. Papa factus eum designa-
 vit suum poenitentiarium: deinde hoc

T t 3 anno

Secul. XIV anno 1308 sub Pentecosten ei titulum
 A. C. 1308. Archiepiscopi Thebani, & an. 1311 Pa-
 triarchæ Antiocheni nomen, atque ad-
 ministrandum tribuit episcopatum Ticini
 urbis patriæ, ut haberet, unde viveret.

§. XXIX.

Doctor Joannes Scotus.

Hoc anno 1308 decessit vir celebris
 Joannes Scotus cognomine Doctor
 subtilis. Dunsii parva Scotiæ urbe in
 Labbe scrip. confiniis Angliæ ortus, cum Minorum
 to. 1. p. 559. Ordinem iniisset, Oxonii prosperrimam
 Vading. an. litteris operam dedit: tum Parisios de-
 1304. n. 24 latus, ibique an. 1305 jubente Contalvo
 Ordinis Ministro Generali ad primam
 productus lauream, postea Doctoris infi-
 gnia obtinuit. Afferuit SS. Virginem si-
 ne labe conceptam esse: qua de re ita
 loquitur. Communiter ajunt ingenitam
 to. 7. p. 91. illi fuisse primi parentis maculam hæ-
 reditariam: & affert hujus sententiæ
 argumenta; ad quæ pro virili parte re-
 spondet. Dein quæstionem sic decidit:
 p. 94. Deus potuit facere, ut Virgo labem il-
 lam haberet nunquam, ut haberet uni-
 co puncto temporis; ut aliquamdiu ha-
 beret, ac ultimo momento purgaretur:
 & postquam rationibus confirmavit hæc
 tria potuisse fieri, concludit: Quid fue-
 rit factum, Deus scit: ac videtur æquum
 tribuere

tribuere Mariæ excellentissimum de his ^{Sæcul.XIV.}
 tribus, si authoritati Ecclesiæ aut divini ^{A.C.1308.}
 codicis non repugnet. Ita se Scotus ex-
 plicat: & quamvis tam modeste id agat,
 habetur pro primo authore dogmatis de
 Conceptione labis experte, quod ma-
 gnos postea progressus fecit. Hæc ta-
 men opinio videtur in lucem prodiisse
 medio seculo duodecimo. S. Bernardus ^{Bern. ep. 174}
 in epistola ad Canonicos Lugdunenses, ac ^{Sup. l. 68.}
 Petrus Cellensis in duabus litteris ad ^{§. 70.}
 Nicolaum monachum S. Albani in An- ^{Petr. lib. 6.}
 glia pro certo ponunt hanc fuisse ratio- ^{ep. 23. l. 9. ep.}
 nem, cur ageretur de introducendo fe- ^{9. 10.}
 sto Conceptionis Dominae Nostræ. Sed ^{v. Thomass.}
 non erat opus: cum Græci etiamnum ^{festes l. 2. c. 5.}
 celebrent Conceptionem S. Joannis Ba- ^{Boll. to. 22.}
 ptistæ: quæ olim etiam plerisque Ec- ^{p. 701.}
 clesiæ Latinæ martyrologiis inserta
 fuit.

Postquam Scotus Parisiis duobus
 vel tribus annis docuerat, Colomiam
 missus illic obiit 8 Nov. 1308, ad sum-
 mum quadraginta tres annos natus:
 tam multa tamen scripsit, ut ejus ope-
 ra duodecim volumina in folio, quod
 ajunt, conficiant, tametsi nondum omnia
 prælo vulgata sint.

Sæcul. XIV.
A. C. 1308.

§. XXX.

*Charobertus agnoscitur Rex
Hungariæ.*

Rayn.
1308. n. 23.

Interea Cardinalis Gentilis Monfloridus Papæ Legatus in Hungaria conventum generalem omnium regni Præsulum Procerumque ac virorum spectabilem in octavam S. Martini, nempe decimam octavam Novembris indixerat. Habebantur autem hæc comitia in ampla planitie intra coenobium Fratrum Prædicatorum. Aderant cum Legato Rex juvenis Charobertus, duo Archiepiscopi Thomas Strigonienlis, ac Vincentius Colocianus, & Vacciæ, Vesprinii, Nitriæ, Quinque Ecclesiarum, Agriæ, Zagabriæ, ac Javarini Episcopi septem. Henricus Gubernator Sclavoniæ præsidebat Optimatibus multis præsentibus, absentiumque Nunciis: quos stipabat ingens aliorum Nobilium & populi multitudo. Legatus dicere orsus pro argumento sumebat Evangelium de loliiis, & bonum semen Regibus catholicis, quos Deus Hungariæ dedisset, applicabat, præsertim S. Stephano, qui a Papa coronam accepisset suam, ut testarentur Hungariæ ipsius historiæ, quas legisset.

Matth. c. 13.
24.

Mur.

Murmurantes sub hæc verba Proce-
 res Nobilesque cæteri negabant se vel-
 le ab Ecclesia Romana vel hujus nomi-
 ne a Legato Regem accipere. Volu-
 mus vero, addebant, ut, quem pro ve-
 teri regni more accitum assumpserimus
 in Regem, illa confirmet; & in posterum
 legitimi Papæ habeant jus confirman-
 di coronandique Reges Hungariæ re-
 gia e stirpe ortos, quos concorditer ele-
 gerimus. Tum Legatus consensu roga-
 tuque cunctorum Præfulum ac Optima-
 tium verum Hungariæ Regem decla-
 ravit Carolum ab ejus Regibus oriun-
 dum per Mariam Siciliae Reginam Regis
 Stephani filiam; confirmavitque illum
 & agnovit Ecclesiæ Romanæ nomine.
 Igitur præsentis omnes, tam qui obsti-
 terant Carolo, quam qui adhæserant, eum
 accipiebant Regem, atque post juratam
 fidem subjectis manibus sustollebant:
 dein cantabant Hymnum Ambrosii.
 Hæc sunt, quæ continent tabulæ au-
 thenticæ confectæ 26 Nov. 1308.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1308.

§. XXXI.

*Henricus Luxemburgius Romanorum
 Rex.*

Postero die Mercurii ante festum S. An-
 dreæ Francofordiæ conventum age-
 rant

Baluz. to. 2.
 p. 267..

T t 5 bant

Sæcul. XIV. A.C. 1208. bant Imperii Electores numero sex, ni-
 mirum tres Archiepiscopi, Petrus Mo-
 guntinus, Balduinus Trevirensis, ac Hen-
 ricus Coloniensis, Rudolphus Bavarie,
 Rudolphus Saxonie Duces, & Walde-
 marus Marchio Brandenburgus tam
 pro se, quam pro Marchione Ottone co-
 gnato suo. Primum Archiepiscopus Tre-
 virensis scriptam contestationem lege-
 bat, cunctorum nomine denuncians pro-
 scriptis interdictisque omnibus, & aliis
 jus presentie non habentibus esse ab-
 eundum; atque, si quem talem adfuisse
 constaret, ejus presentiam electioni haud
 obfuturam. Deliberatione inita una o-
 mnes voce cooptabant Comitem Lu-
 xemburgium Henricum tanquam Prin-
 cipem catholicum, ardentem studio tuen-
 di fidem, Ecclesiamque ac ministros ejus,
 & reliquis virtutibus congruis ornatum.
 Tum Dux Bavarie, qui simul erat Co-
 mes Palatinus ad Rhenum, nomine o-
 mnium dicebat: Eligo Henricum Co-
 mitem Luxemburgium in Romanorum
 Regem, futurum Imperatorem, defen-
 sorem Romanæ ac universalis Eccle-
 siæ, atque tutorem viduarum pupillo-
 runique. Canebatur *Te Deum*: Comes
 Luxemburgius, qui erat presentis, con-
 sentiebat: dein de solito talis conventus
 loco ducebatur in templum fratrum Præ-
 dica.

dicatorum, ubi electio Clero ac populo so-
lenniter promulgabatur. Sæcul. XIV.
A. C. 1308.

Hæc continet decretum electionis. *Trithem.*
Sed aliunde liquet rem potissimum pro- *Chr. Hirs.*
movisse Archiepiscopos Moguntinum Co- *an. 1308.*
mitis amicum, ac Trevirensis ejus fra- *Jo. Villani*
trem. Scriptor coævus addit, Regem *1.8. c. 101.*
Philippum Pulchrum voluisse operam
dare, ut cooptaretur frater suus Caro-
lus Valesius, ac Imperium rediret ad Gal-
los, quorum fuisset Caroli Magni tempo-
re; Regem cupisse sibi Papam adjuto-
rem in hoc conatu; sed hunc de propo-
sito ejus edoctum Electoribus clam in-
stitisse, ut ipsum prævenirent; & hoc
eos fecisse metu cadendi sub ditionem
Gallorum. Henricus inter Imperatores
hoc nomine Septimus coronatus est A-
quisgrani per manus Archiepiscopi Colo-
niensis die festo Epiphaniæ 6 Jan. 1309.

§. XXXII.

S. Bertrandus Convenensis.

Hoc ad festum usque Papa Clemens
Tolosæ manserat. Deinde Conve-
nas, ubi Episcopum egerat, delatus cor-
pus S. Bertrandi antecessoris sui, cujus
gerebat nomen, transtulit. Sanctus hic *Baluz. to. I.*
Præsul vivebat ducentos abhinc annos, *p. 69.*
ortus ex Comitibus Insulæ Jordani. *Catel. Lang.*
Sub annum 1076 factus Episcopus Con- *p. 906.*
venarum

Sæcul. XIV. venarum non desit esse Canonicus &
 A.C. 1309. Archidiaconus Tolosanus. Lugdunum
 Convenarum initio & Romanorum ac
 Gall. Chro. Pompeji Magni tempore in monte con-
 10.2. p.648. ditum sub Rege Gontrano anno 585 de-
 Vales. not. structum fuerat. Post quingentos an-
 Gall. p. 157. nos Bertrandus Episcopus urbem in
 158. ruderibus antiquæ reædificavit sed mul-
 to minorem: quæ Fanum S. Bertran-
 di etiamnum dicitur. Extruxit inibi
 coenobium pro Canonicis Regularibus
 S. Augustini: & cum Ecclesiam suam
 annis quinquaginta circiter sancte rexis-
 set, ad Deum excessit sub annum 1126
 decima sexta Octobris.

Rayn. 1309.
 n. 2.

Hujus itaque Sancti corpus Papa Cle-
 mens pretiosam in capsam transtulit
 die S. Marcelli Papæ 16 Jan. 1309. As-
 sistebant illi hanc ad ceremoniam quatuor
 Cardinales, duo Archiepiscopi Rotho-
 magensis & Aufcitanus, Tolosæ, Albigæ,
 Magalonæ, Aturi, Tarbæ, ac Convena-
 rum Episcopi sex, & Abbates quinque.

§. XXXIII.

Papæ Litteræ contra Venetos.

Ineunte vere Papa venit Avenionem;
 ubi a fine Martii versabatur: habita-
 bat in ædibus Fratrum Prædicatorum,
 pro se sedulo præparatis; & ibi usque
 ad Viennense concilium hærebat, nimi-
 rum

Bal. to, I.

p. 15.

q. 31.

rum duobus annis: Cardinales cum to-
 ta curia Romana illuc eum secuti fue-
 rant: atque hoc ab itinere dimetienda
 est Summorum Pontificum in illa urbe
 commoratio, quam Clemens Pictavii an-
 no priore decreverat, ac declaraverat.
 Ibidem terribiles contra Venetos litte-
 ras edidit: en earum causam! Cum A-
 zo Atestanus Ferrariæ Marchio deces-
 sisset, Franciscus frater ejus, ac Frisco e-
 jusdem filius nothus de dominatione ur-
 bis disceptabant: quæ res tumultum ex-
 citabat in populo, ita, ut ambo pelleren-
 tur. Papa credidit favere sibi occasio-
 nem recuperandæ Ferrariæ, quam Ro-
 mana Ecclesia sibi obnoxiam perhiberet:
 atque per litteras civibus libertatem a
 longa oppressione gratulans suadebat, ut
 se inter brachia Ecclesiæ matris suæ con-
 jicerent. Dabat Pictavii 27 Apr. 1308.

Veneti occupare Ferrariam sibi com-
 modam cogitabant. Idcirco Papa duos
 huc Nuncios misit Arnaldum de S. Aste-
 rio Abbatem Tullensem, ac Onuphrium
 Trebisiium Ecclesiæ Metensis Decanum.
 Fungebantur tam bene suo munere, ut
 Ferrarienses se agnoscerent Ecclesiæ Ro-
 manæ subjectos, ac Nunciis claves urbis
 traderent. Qui positis ad portas pon-
 tesque custodibus Magistratum Senatun-
 que jusserunt Papæ jurare fidem, &
 in castella territorii præsidia immisere.
 Cum

Sæcul. XIV.
 A. C. 1309.

p. 69.

Rayn. 1308.
 n. 14.

n. 15.

Sæcul. XIV.
A.C. 1309.

Cum autem Venetos bellum parare sci-
rent, Ducem Petrum Gradenicum ac
Senatores per litteras dehortabantur: &
Abbas Tullensis ipse Venetias hoc fine
adiit. Sed ibi male acceptum concita-
ta plebecula injuriis onerat, lapidibus pe-
tit, necisque minis insequitur. Vene-
ti ductu Joannis Superantii Ferrariensem
ingressi agrum captæ tandem urbi Vita-
lem Michielum præfecerunt. Tum ve-
ro duo Nuncii Gradenicum Ducem ac
Senatum anathemate, tractum Venetum
interdicto mulctarunt.

n. 16.

Papa monitis hæctenus & litteris le-
nitate plenis avocare Venetos a molimi-
ne suscepto tentaverat. At cum Ferra-
riam Ecclesiæ nomine gubernantes a
Venetis expugnationibus hinc depullos
comperisset, litteras edidit, in quibus,
postquam facta omnia per censuerat, Ve-
netis ingratos in Ecclesiam Romanam
animos exprobrabat, Luciferi, Dathani,
Abironis, Abfalonisque exempla afferens.
Tum jubebat, eos intra mensem Ferra-
riam, & ad eam pertinentia relinquere,
suisque Nunciis libere possidenda permit-
tere: alioqui Ducem ac Venetam Rem-
publicam, nominatim Joannem Superan-
tium, & Vitalem Michielum in anathe-
ma incurfuros, quo exsolvi præterquam
in mortis articulo, non nisi a Papa pos-
sent; simulque Venetias & omnes ter-
ras

ap. Brov.
1309. n. 3.

ras eis subditas interdicto affectum iri. Sæcul. XIV.
 Hoc ipso in casu, nempe si non obedirent, A. G. 1309.
 sub iisdem pœnis anathematis & inter-
 dicti vetabat omne cum Venetis com-
 mercium; nequis oryzam, frumentum,
 vinum, carnes, pannos, vel alias mer-
 ces illis venderet, aut afferret, vel ab il-
 lis emeret, aut acciperet. Præterea Du-
 ci ac Venetæ Republicæ adimebat cun-
 cta privilegia ipsis a Summa Sede con-
 cessa, omniaque prædia & bona a Roma-
 na aliisque Ecclesiis obtenta. Absolve-
 bat omnes subditos a iurata illis fide;
 cunctosque Venetos declarabat infames
 ac impares dando aliquid aut recipien-
 do per testamentum, comparendo in ju-
 diciis seu petitionis, seu defensionis gra-
 tia, exercendo jurisdictionem aliquam,
 aut functionem publicam: quidquid ho-
 rum agerent, irritum fore; illorum po-
 steros usque ad quartam generationem
 omni dignitate sacra profanaque, omni
 beneficio, officioque ecclesiastico exclu-
 dendos. Denique volebat, ut Episcopus,
 totusque Clerus secularis ac religiosus,
 & speciatim Fratres Mendicantes post
 mensem intra decem dies Venetias de-
 fererent relictis tantum aliquot Sacer-
 dotibus, qui baptismum infantibus, ac
 pœnitentiam moribundis administra-
 rent.

Adjun-

Secul. XIV.
A.C. 1309.

Adjungebat: Si Veneti secundo men-
se in contumacia persistant sua, Ducem
& Administros ejus jam nunc amovemus
suis ab officiis, & ad aliud obtinendum
reddimus inhabiles; eorum bona seu
possint moveri seu nequeant, fisco addi-
cimus; eos ac Venetos omnes capien-
dos Christianis exponimus; ad eorum
factum & insolentiam domandam omnium
Regum, Principum, cæterorumque Chri-
stianorum opem implorare statuimus;
& hoc illos scire volumus. Si tres intra
menses non satisfaciant, cuncti, qui so-
cietatem cum illis aut foedus inibunt ali-
quod, in easdem anathematis & inter-
dicti pœnas incident. Hæc erat summa
litterarum, quæ promulgatæ sunt Ave-
nionæ primum die Coenæ Domini 27 Mar-
tii anno 1309, postea die Ascensionis 8
Maji.

Brou. n. 4.

Rayn. n. 7. 8.

Bal to. 1.

p. 32. 69. 608.

643.

J. Vill. l. 8.

c. 101. 115.

Litterarum minas executioni datu-
rus Papa Siciliae, Hispaniae, Galliae, An-
gliaeque Regibus scripsit, ut in suis ver-
santes terris Venetos comprehendi, ac
eorum bona diripi juberent: quod in
quibusdam locis factum. Cum autem
Veneti Ferrariam semper fervarent, Cle-
mens sacrum contra eos classicum cani-
voluit; suumque cognatum Cardinalem
Arnaldum Pelegruæum in Italiam mit-
tanquam Legatum ducturum copias.
Duxit tam prospere, ut Francolini prope
Padum

Padum cruento prælio superaret hostem, sæcul. XIV.
 ac Ferrariam reciperet die S. Augustini A. C. 1309.
 28 Augusti eodem anno.

§. XXXIV.

Bellum sacrum in Hispania.

Interim in Hispania armabatur sacræ
 crucis exercitus spectatu dignior. Ja- Mariana
 cobus II Arragonum, ac Ferdinandus IV l. 15. c. 9.
 Castiliæ Reges e Maurorum discordiis Kayn. n. 25.
 capturi fractum, Granatense ut regnum 26.
 invaderent, vires sociarunt suas, & ad
 Summam Sedem Legatos miserunt, hic
 Zamorensem, Pontium alter Ilerdanum
 Episcopos. Papa Clemens 24 Apr. 1309
 Valentino Hispaniæ Præfuli scripsit, ut
 Arragonibus sacrum suaderi bellum cu-
 raret, sponderique indulgentias Palæsti-
 nam petentibus concedi solitas. Permi-
 sit simul, ut Jacobus per triennium de-
 cimam omnium proventuum sacrorum,
 exceptis redditibus Ordinum militarium
 in terris suis exigeret; &, quotquot e
 Clero hanc sequerentur militiam, pro-
 ventus suorum beneficiorum, etiamsi a-
 nimarum cura essent prædita, in bien-
 nium venderent, aut alienarent, salvo
 tamen servitio divino. Multi hanc ad
 expeditionem Præfules sese Regibus jun-
 xere, & Jacobo quidem inter alios
 Guilielmus Rocabertius Archiepiscopus,
Histor. Eccles. Tom. XXII. Uu Tar-

Sæcul. XIV. Tarraconensis, ac Raymundus Episcopus
A.C. 1309. Valentinus; Regis Cancellarius; Ferdinando autem duo Archiepiscopi, Hispalensis, & Consalvus Toletanus, quem Papa per terras hujus Principis suum agere Legatum jusserat. Capta est Septa; obsessæ sunt Almeria, & Algësira: sed denique molitionis magnitudini non respondit fructus.

§. XXXV.

Regem Henricum agnoscit Papa.

Postquam Henricus Luxemburgius in Romanorum Regem Aquisgranum coronatus fuerat, etiam Romæ sibi a Papa coronam imponi cupiebat: & hoc sine
Rayn. 1309. Præsules Proceresque Avenionem misit
n. 9. 10. tanquam Procuratores suos; scilicet Ot-
Baluz. to. 2 tonem Basileæ ac Siffridum Curiae E-
p. 265. piscopos; Amadeum Sabaudia, Joannem Delphinum Albonæ ac Viennæ, Guidonem Flandriæ, Joannem Saræ Pontis Comites, Doctoremque Simonem Martisvillanum Metensis thesauri sacri Custodem, suumque scribam. Delati Avenionem sub primam Julii anno 1309
Bal. p. 272. Papæ decretum electionis exhibebant & factam sibi per litteras potestatem ei
Sup. §. 32. jurandi fidem, poscendique coronam imperatoriam. Clemens Henricum agnoscebat Regem Romanorum, sponde-

batque se imperatorium illi diadema ^{Sæcul. XIV.}
 impositurum Romæ in templo S. Petri ^{A. C. 1309.}
 die Lustratæ Virginis post biennium,
 nempe 2 Febr. 1312, cautatus se citius
 id haud posse ob habendum generale con-
 cilium. Tum Legati nomine Impera-
 toris Papæ jusjurandum dedere die sab-
 bati 26 Julii.

§. XXXVI.

Robertus Neapolis Rex.

Paucis post diebus Papa coronavit no-
 vum Neapolis Regem Robertum.
 Carolus II sive Claudus obierat Casæ
 Novæ 5 Maji anno 1309, ætatis sexage- ^{Rayn. n. 18.}
 simo tertio, regiminis vicesimo quarto; ^{19. &c.}
 & quatuor reliquerat filios: quorum ma-
 ximus natu Robertus Dux Calabriae illi
 successit in regimine Neapolis seu Sici-
 liae cis fretum, & in titulo Regis Hiero-
 solymæ. Profectus Avenionem 26 Aug. ^{J. Vill. 1. 8.}
 pro Sicilia fidem ac obsequium Papæ ^{C. 112.}
 promisit, qui eam ipsi tribuit eisdem
 conditionibus, quibus Carolo ejus avo
 collata fuerat, & condonavit omnes sum-
 mas Ecclesiæ Romanæ debitas, quæ ad ^{Sup. lib. 85.}
 trecenties mille uncias auri excurrere ^{§. 35.}
 ferebantur. Robertus die Natali Virgi-
 nis 8 Sept. a Clemente coronatus trigin-
 ta quatuor propemodum annos regnavit.

Sæcul. XIV.
A.C. 1309.

§. XXXVII.

Concilia in Hungaria.

Ejus nepos Carolus seu Charobertus interea firmabat sibi regnum per curas Legati Cardinalis Gentilis: qui hoc fine Præsules, Proceresque Budam convocaverat, eisque consentientibus ibi 6 Maji sanctionem edidit sequentem. Siquis in personam Caroli Regis Hungariæ vel violentas injicere manus, vel quocunque modo peccare ausus fuerit, præter poenas in legibus statutas omnibus, quas ab Ecclesia tenet, prædiis, & cunctis gratiis sacris profanisque ab eadem acceptis perpetuo privatus erit: clientes ejus omnes juramento fidelitatis exsoluti; ejusque filii quovis beneficio aut dignitate ecclesiastica in perpetuum exclusi erunt. Si corona, quam Ladislaus Transilvaniæ Præfectus detinet, ante proximum concilium in præfenti decretum non restituta fuerit, interdicta & profana reputabitur: atque alia conficietur, quæ per nos solennibus lustrata precibus prioris locum tenebit. Si reddatur prior; vel altera subtrahatur pariter, aut amittatur, Archiepiscopi Strigoniensis & Colocianus assentientibus Suffraganeis suis eam declarabunt interdictam; confecta que alla Eccle-

Ecclesiæ Romanæ nomine consecrabitur. Sæcul. XIV.
 Nempe populus putabat jus regum ad- A. C. 1309.
 habere coronæ suo Regi S. Stephano a
 Papa traditæ.

Concilium in isto indictum Posonii *to. II. conc.*
 mense Novembri habebatur. Præsides *p. 2453.*

bat idem Legatus Gentilis; ac ex con-
 sensu Præfulum novem ibi canones
 promulgavit. Primus consulit securita-
 ti Episcoporum, aliorumque Præfulum,
 etiam Legatorum Summæ Sedis, qui
 armatis interdum manibus petiti, ca-
 pti, percussi, carceri mandati, vel etiam
 occisi fuerant. Statuuntur contra fon-
 tes eadem poenæ, quæ in illos, qui Re-
 gem invaderent, proscripção, interdictum,
 ademptio privilegiorum, fundorumque
 juris beneficiarii, solutio clientium a ju-
 ramento fidei, inhabilitas filiorum ad be-
 neficia & clericatum, privatio sepulturæ
 sacrae. Et quia nonnulli Clerici ad i-
 sta violentiæ genera se laicis sociabant,
 Concilium adversus eos anathema pri-
 vationemque beneficiorum pronunciat.

Pergit: Nemo episcopatum, parœ-
 ciam, vel quodcunque beneficium a lai-
 co accipiet: alioquin intrusus beneficium,
 quod legitime possideret, amittet, &
 ad habendum aliud inhabilis declarabi-
 tur. His injustis usurpationibus nemo
 favebit sub poena anathematis & in-
 terdicti. Renovatur sanctio anno 1303 *Sup. Lib. 90.*
S. 24.

Uu 3 facta

Sæcul. XIV. facta per Papam Benedictum XI tunc
 A.C. 1209. Romæ Legatum in Hungaria, ac etiam
 num exhibens nomen ejus, scilicet Nico-
 lai Boccalini Episcopi Ostiensis. Non
 hanc quidem constitutionem, sed sim-
 lem habemus editam per Legatum Phi-
 lippum Episcopum Firmanum in con-
 cilio Budensi anno 1279. Igitur con-
 gruenter his decretis Legatus Gentilis
 in concilio Posoniensi prohibet inquam
 occupationem honorum Ecclesiæ, ac
 generatim cunctas direptiones; anathe-
 mati adjungens interdictionem contra ter-
 ras talium possessorum, & solutionem
 subditorum a juramento fidelitatis. *Iri-*
dem instaurat poenam Clericorum con-
 cubinas habentium, sed eam redigit
 ad jacturam quartæ partis fructus an-
 nui; & mandat Episcopis, ut eam ac-
 curate dependi curent. Vetat, ne ca-
 tholici filias vel cognatas suas hære-
 ticiis, schismaticis, aut ethnicis, præ-
 fertim Russis, Bulgaris, Rasciis, & Lit-
 thuanis matrimonio devinciant, ob pe-
 riculum depravationis, cui sceminae per
 hæc conjugia exponerentur. Hæc fan-
 ctiones cunctæ promulgatæ sunt 10
 Novembr. 1309.

Templariorum causa continuatur.

Robertus Winchelseanus Archiepiscopus Cantuariensis a bienni exilio in Angliam redux hoc anno die lunæ post festum S. Edmundi Martyris, nempe 24 Nov. Londini in templo S. Pauli concilium celebrabat. Intererant ejus suffraganei pontificiis induti vestibus: ac Episcopus Norvicensis faciebat sacrum de Spiritu Sancto. Tum Archiepiscopus Latinam dixit orationem, in qua carpebat Episcopos per prelationes & ambitum electos, ac negligentes jura Ecclesiæ. Auditoribus cunctis quadraginta dierum indulgentiam largitus, provincialis concilii hujus causam proposuit scilicet convocationem concilii universalis: & quia sero erat, nihil ultra fiebat illo die. Postridie omnes Episcopi in trabeis clausis, hoc est, in amictu solito, ac reliquis Clerus eundem adierunt locum. Recitabantur duo Papæ diplomata: primum continebat convocationem concilii Viennensis: alterum Episcopis mandabat inquisitionem in querelas de Templariis. Deinde Archiepiscopi Cantuariensis epistola ad Episcopum Londinensem de convocando concilio provinciali prius diploma exequendi gratia, & Epis-

Angl. Sac. to. 1. p. 17. Godouin. p. 146. Conc. tom. II p. 1502.

p. 1503.

p. 1508.

p. 1511.



Sæcul. XIV. copii testimonium 23 Nov. scriptum de
 A. C. 1309. citatis ejusdem provinciæ Episcopis, Ab-
 batibus cæterisque concilii membris le-
 gebatur.

Eodem tempore cognitores a Papa
 pro Senonensi provincia designati cœ-
 perunt Parisiis Templariorum causam
 tractare. Senonum sedes vacabat, quia

Baluz. to 2.

p. 15.

Gall. Chr.

to. 1 p. 642.

Baluz. to 2.

p. 144, 146.

594.

Stephanus Bequartus Archiepiscopus hoc
 anno 1309 die sabbati sancti 29 Martii
 decesserat. Rex Philippus Pulcher ad
 hanc magnam dignitatem promovere
 volebat Philippum Marenninum tunc

Cameracensem Episcopum, fratrem En-
 gerrandi Marennini, cui maxime tavebat.

Igitur orabat Papam, ut Philippum Se-
 nonas transferret. Reposuit ille: Quan-

quam similes reservationes nobis displicent,
 tibi tamen decenter satisfaciendi

modum non videntes alium, Ecclesiam
 Senonensem nunc nostro quidem arbi-

trio reservavimus, rogantes, ne nos sine
 gravi causa impellas ad talem agendi

rationem. Dabat Avenione 6 Maji. Nota
 Papam a Rege inductum esse ad has

reservationes; de quibus tantæ postea
 querimonix sunt jactatæ, quod impedi-

rent electiones canonicas, & Papa ipse
 illas improbasset. Philippus Marenni-

nus reapse Senonas translatus fuit: sed
 possessionem suæ sedis non adiit nisi
 sequente anno 8 Aprilis: & Came-
 raci

Gall. Chr.

p. 241.

raci successorem habuit, non quem Rex ^{Sæcul. XIV.}
 volebat, Guilielmum Triensem, sed Pe- ^{A.C. 1309.}
 trum Levium Mirapicium, antea Episco-
 pum Magalonensem, postea Bajocassi-
 num.

Vacabat, inquam, Senonarum sedes, ^{Dupui}
 cum constituti a Papa Cognitores cau- ^{Templ. p. 40.}
 sæ Templariorum Parisios venerunt. E- ^{115.}
 rant octo, Archiepiscopus Narbonensis, ^{Sup. §. 27.}
 Bajocassii, Mimati, ac Lemovicarum E-
 piscopi, tres Archidiaconi diversarum
 diocesium, ac Præpositus Aquisextanus.
 Mense Augusto an. 1309 Parisios delati,
 die Veneris ante festum S. Laurentii o-
 ctavo ejusdem mensis citabant totum
 Ordinem, ut se ipsis sisteret in exedra
 palatii episcopalis postridie festum S. Mar-
 tini. Dein mittebant, qui eundem ci-
 tarent in reliquis octo provinciis, qui-
 bus nomina fecerunt urbes Remi, Rotho-
 magus, Turones, Lugdunum, Bituricæ,
 Burdigala, Narbo, & Ausci. Die sab- ^{Dupui p. 121}
 bati 22 Nov. 1309 Cognitoribus in con-
 clavi Episcopi Parisini confidentibus ob-
 tulit se homo quidam in veste profana;
 & interrogatus dixit se vocari Joan-
 nem Molæum natum in diocesi Ve-
 suntina, fuisse in Ordine Templariorum,
 ejus vestem per annos decem gestasse, po-
 stea illi nuncium remisisse: juravitque in
 suam animam, & per fidem suam, se
 nihil unquam mali de illo audiisse dici,
 U u 5 vel

Sæcul XIV. vel novisse. Rogatus, an Ordinem rœ-
 A.C. 1309. ri vellet, affirmabat; & agerent cum
 ipso, utcunque vellet; sed necessaria ipsi
 egeno subministranda curarent. Sim-
 plicissimus eis ac pœne stupidus videba-
 tur. Suadebant itaque, ut adiret Pari-
 sinum Episcopum, cujus esset suæ disce-
 pteos Fratres ex Ordine fugitivos reci-
 pere ac sustentare. Ille homo erat co-
 gnatus Magni Magistri.

p. 123.

Hic ipse Jacobus Molæus nomine ad
 Cognitores ductus est die Mercurii 26
 Novembris. Citatus ab Episcopo Pari-
 siensi responderat se venturum ad Cogni-
 tores: quibus, an defendere Ordinem
 vellet, quærentibus inquebat: Ordo a
 Summa Sede fuit confirmatus & ac-
 cepit privilegia. Quare mirissimum no-
 bis est Romanam Ecclesiam illum tam
 celeriter suppressum cupere, cum tamen
 sententia Imperatorem Fridericum gradu
 movens per annos triginta duos dista-
 ta fuerit. Ad me quod attinet, Ordinem
 tueri per me ipsum non satis scio; par-
 ratus tamen sum id facere pro viribus
 meis: ignavus enim ac nullius pretii
 homo forem, nisi defensionem ejus lu-
 sciperem, tot bona & honores ab eo ne-
 ctus. Difficilis res est: fateor: sum ca-
 ptivus Papæ ac Regis: ne quatuor mil-
 dem denarios, quos hanc in rem im-
 pendam, nec Fratrem mecum habeo pro-
 terquam

terquam famulum. Quocirca opem ac Sæcul. XIV.
 consilium peto. Etenim, an vera sint, A.C. 1309.
 quæ de Ordine dicuntur, non modo hu-
 jus Equites, sed in cunctis terræ par-
 tibus Reges, Principes, Pæfulesque ac
 Optimates cognoscere volo; quamvis
 nostri Fratres nimium rigidi fuerint in
 nostris juribus tuendis contra plures Præ-
 fules.

Cognitores eum jubebant defensionem, ad quam se offerret, rite versare animo & cogitare, quid jam confessus fuisset contra se ac Ordinem. Audiemus tamen, addebant, hanc defensionem; quin etiam deliberandi spatium tibi dabimus. At scias in materia hæresis ac *c. Stat. 20. de hæret. in 6to.*
 fidei agendum esse simpliciter sine opera Causidicorum, & sine forma judiciaria. Deinde ut deliberare cum notitia posset, ei curabant legi ac etiam exponi vulgari lingua traditum sibi mandatum, cæteraque scripta necessaria. Cum ventum esset ad ea, quæ Canone coram tribus Cardinalibus factus erat, bis formato signo crucis, editisque admirationis magnæ indicibus agebat, Si Cognitores fuissent homines alii, & ipse habuisset libertatem, se locuturum aliter fuisset. Tum Cognitores: Non sumus ii, qui certaminis pignus accipiamus. Quibus ille: Non id est, quod volo dicere. Sed utinam ejusmodi improbis fieret, quod talibus

Secul. XIV. talibus Saraceni faciunt & Tartari, qui
A.C. 1309. eis caput & corpus medium secant.

Per illos improbos intellexisse calumnia-
 tores videtur. Denique ad proximum
 diem Veneris usque deliberandi tempus
 postulabat, quod Cognitores ei concede-
 bant. Postea per apparitorem edixe-
 re, ut se fisteret, qui Templariorum Or-
 dinem tueri vellet. At nemo compa-
 ruit.

Die Veneris ante festum S. Andreae
 vigesimo octavo Novembris Cognitores
 venire ad se jusserant Magnum Magistrum:

p. 132. quem, ut prius, adducebant Philippus
 Præpositus Ecclesie Pictaviensis, & Joan-
 nes Hienvillanus aulae regiae Ostiarius,

p. 127. a Papa & Rege Templariorum custodiae
 præfectus. Magister, an Ordinis agere
 Patronum vellet, rogatus reposuit: Sum

Eques illiteratus, & inops: atque me
 cum quibusdam Equitibus primariis Pa-
 pae judicio reservatum per litteras ejus
 aliquas ex illis, quæ mihi lectæ sunt,
 comperi.

Igitur adibo eum, quando
 ei placebit: & quia mortalis sum sicut a-
 lii, eundem moneatis, precor, ut me
 quamprimum citet. Adjungebat postea,
 se conscientiam suam exonerandi causa
 velle ipsis tria exponere Ordinem suum
 contingentia.

Et primum quidem haud novi, a-
 bat, Ordinem religiosum, ejus templa
 melius

melius instructa sint ornamentis, cæte- Sæcul. XIV.
 risque omnibus, quæ ad servitium divi- A.C. 1310.
 num pertinent; & ubi Sacerdotes isto
 rectius fungantur, si demam templa ca-
 thedralia. Deinde nescio, ubi plus
 stipis detur: nam ea cunctis in domibus
 nostris quavis hebdomade ter traditur
 singulis venientibus. Denique nemo ma-
 gis exposuit vitam, vel plus sanguinis
 fudit pro fide tuenda contra inimicos e-
 jus. Cum Cognitores subjungerent,
 hæc omnia nihil prodesse ad animarum
 salutem, quando hujus fundamentum
 fides deesset, affirmabat ille credere se,
 quidquid ad catholicam spectaret fidem.
 Postremo flagitabat, ut sibi liceret adesse
 sacro, ac reliquo officio divino, & habere
 suum sacellum, atque custodes ejus. Fa-
 ctus est voti compos.

§. XXXIX.

Concilium Coloniense.

Sequente anno 1310 celebrata sunt plu- to. II. conc.
 ra concilia provincialia. Henricus p. 1517.
 Archiepiscopus Coloniensis ex singulari p. 1532.
 Papæ Clementis mandato convocavit Gall. Chr.
 suum & habuit prima jejunii verni heb- to. I. p. 845.
 domade per triduum, scilicet die lu-
 næ 9 Martii, & proximis diebus Martis
 ac Mercurii. Intererant Guido Ultra-
 jecti, Engelbertus Osnabrugæ, & Gode-
 fridus

Sæcul. XIV. A. C. 1310. fridus Mindæ Episcopi tres cum Oratoribus Theobaldi Leodiensis Episcopi, & Collegii Monasteriensis vacante sede. Sessiones erant Coloniae in palatio Archiepiscopi. Edebantur canones viginti novem cognoscendis quam tollendis illius ætatis vitiis aptiores, cum pro remediis solas adhibeant centuras prædem despiciatui habitas.

C. I. Damnamus, ait Concilium, infirmusque laicorum edicta contra libertatem ecclesiasticam speciatim inhibitiones, ne prædia & territoria donentur, vendantur, aliove titulo obtingant Clericis aut Religiosis. Condemnamus etiam illos, qui sub poenis pecuniariis prohibent, ne Parochis pro nuptiis, exequiis, aliisque functionibus plus detur, quam ipsi deciderint. Hæc laicorum decreta declaramus nulla, & revocari volumus sub anathematis poena, si non pateant. Apparet autem Cleri cupido extollendi jura, lucrique augendi sua.

to. II. conc.
p. 835.

Clericorum contemptus & odium eo usque processerat, ut essent sæpenumero, qui eos percuterent, carceri mandarent, aut occiderent: immo alii nonnunquam Clerici has ad violentias se socios præbebant. Quapropter Concilium observari synodicum Archiepiscopi Engelberti præscriptum anno 1266 hac de materia editum, censurasque severissimas
eius.

ejusmodi facinorosis irrogans, quarum Sæcul. XIV.
 suo loco memini. Ex earum repetitione A. C. 1310.
 hic facta judicari potest, quam modicum Sup. lib. 85.
 fructum per annos quadraginta pepere- §. 43.
 rint. Iteratur etiam ejusdem Engelber- c. 4.
 ti sanctio contra direptionem honorum to. 1. 1. p. 1108
 Ecclesiæ; & Archiepiscopi Siffridi man- c. 9.
 datum anno 1280 conditum de Clerico- c. 9.
 rum vita. Tum ita pergitur: Clericos c. 9.
 concubinas publice habentes functioni- c. 9.
 bus suis excludimus præter pœnas a c. 9.
 concilio Archiepiscopi Conradi an 1206 Sup. Lib. 84.
 statutas: sed sacrarum Deo Virginum §. 65.
 corruptores anathemate devincimus. c. 10.
 Clericis non imponatur pœna honoraria c. 10.
 sive publica; veluti, ut in supplicationi- c. 11.
 bus ante crucem & in vestibus nigris c. 11.
 eant, dum reliqui utuntur albis. Epi- c. 16.
 scopolam aut Evangelium nemo legat nisi Cang. Giloff.
 consecratus & indutus amictu sacro. Mi- campanarii.
 nistri ut Sacerdoti respondere sciant, c. 20.
 sint litterati & linteis tecti amiculis. A c. 20.
 suo quisque Parocho, nec ab alio sacram- c. 21.
 communionem accipiat; paschalem in- c. 21.
 telligo. Nemo cuiquam ullo in templo Cang. Giloff.
 male precetur sine singulari permisso E- to 2. p. 496.
 piscopi. Inter has imprecationes specia- Canis. tu. 5.
 tim prohibetur quædam lamentatio, cui p. 770.
 initium: *Media vita.* Annus deinceps c. 23.
 incipiatur a Natali Domini pro more Ro- c. 26.
 manæ Ecclesiæ. Parochis non denegetur c. 26.
 oleum sacrum, eo quod jus synodi- cum

Sæcul. XIV. cum seu cathedrarium non solverint: sed
 A.C. 1310 aliis modis huc adigantur. Ultimi cano-
 nes contingunt Religiosos Ordinum SS.
 c. 27. 28. Benedicti & Augustini. Archiepiscopus
 to. II. p. 792. Henricus renovat pro illis Conradi antea-
 cessoris sui constitutionem factam in
 Sup. lib. 84. concilio anni 1260. Vetat, ne Regula-
 §. 65. res quidquam proprium depositi vel alio
 nomine, aut inter manus hominum
 c. Un. de stat. profanorum habeant: & Virgines sacras
 regul. in 6to. intra claustra manere jubet secundum Bo-
 nifacii VIII sanctionem: Periculoso.

§. XL.

Alia concilia.

to. II. conc.
 p. 1514.
 p. 1513.

Eodem anno 1310 Salisburgi duo ha-
 bebantur concilia; primum, ut præ-
 scriberet solutiones decimæ a Papa ad
 biennium postulatæ; alterum, ut expli-
 caret quædam edicta conciliorum præ-
 cedentium. Præsidente Archiepiscopo
 Conrado confidebant Wernhardus Pasa-
 savii, Joannes Brixinonis, Henricus Gur-
 cia, ac Wernhardus Lavantiæ Episcopi
 pi cum Oratoribus Episcoporum Frising-
 gæ ac Ratisbonæ. Id concilium tem-
 peravit severitatem antecedentium de-
 cretorum contra Clericos intrantes cau-
 ponas; contra Clericos artem joculari-
 riam factitantes; ac de solennibus nu-
 ptiarum: quod indicat sanctiones illas
 parum observatas fuisse.

Petrus

Petrus Archiepiscopus Moguntinus Sæcul. XIV.
 pariter hoc anno concilium provinciale A. C. 1310.
 per triduum egit, scilicet diebus lunæ to. II. conc.
 Martis, ac Mercurii post dominicam Ju p. 1536.
bilate, quæ est tertia post Pascha: & illa ex Serrar.
 dies lunæ erat undecima Maji. Id p. 850.

Concilium præscripta conciliorum præ-
 cedentium ad unam retulit summam;
 & Papæ jussu tractabat causam Templa-
 riorum. Viginti horum Equitum non
 accersiti adiere concilium gerentes ve-
 stem Ordinis, ac pæne armati. Præ-
 eunte Comite quodam Hugone intrabant
 subito ad conventum Præsulum, qui stu-
 pebant omnes. Archiepiscopus eos con-
 siderans, ac metuens vim aliquam du-
 cem comiter jussit sedere ac dicere, si-
 quid vellet. Is contenta voce ac gestu
 libero sic loquebatur.

Hoc concilium ex imperio Papæ po-
 tissimum nostri Ordinis abolendi causa
 esse convocatum comperimus. Crimi-
 na, quæ privatim memorabimus, imma-
 nia nobis, & atrociora, quam ethnicis,
 inferuntur. Hanc vero injuriam ferendo
 non sumus, præsertim cum damnemur
 indicta causa, nec convicti secundum
 normam juris. Proinde coram hoc Con-
 cilio appellamus ad Papam futurum &
 omnem ejus Clerum; ac publice decla-
 ramus, alibi hæc ob crimina combu-
 stos a se commissum aliquod constanter

Hist. Eccles. Tom. XXII.

X x in

Secul. XIV.
A.C. 1310

in tormentis & ad mortem usque pernegasse. Deus ipse illorum innocentiam singulari miraculo comprobavit, dum alba eorum pallia & rubrae in his cruce concremari non poterant. Si hoc miraculum fuisset verum, e contrario concludi potuit ignem duntaxat vestibus parcendo has esse sacras, illos autem indignos, qui eas gererent, indicasse. Audito Equite Archiepiscopus tumultum timens accepit reclamationem Templariorum, seque his pacem a Papa precaturum pollicitus eos remisit domum. Progressu temporis mandatum aliud a Papa obtinuit, ob quod absolutos dimisit anno sequente prima Julii.

C. Nang.
p. 631.
Dubois hist.
Par. p. 551.
Baluz. to. 1.
p. 16. 71.

Parisiis novus Archiepiscopus Senonum Philippus Mareninus provinciale concilium suum celebravit ab undecima Maji usque ad vicesimam sextam. Ibi excussis sigillatim Templariorum causis, cum omnia momenti suis probe ponderata essent, ferebatur sententia, ut quidam simpliciter exsolverentur vinculis, quibus Ordini essent obligati; alii, postquam irrogatas sibi poenas subiissent, libertatem reciperent; alii in carceribus arcte asservarentur; multi quatuor intra muros inclusi haerent perpetuo; ac relapsi profano Magistratui traderentur, exaugurati prius ab Episcopo, si sacros Ordines accepissent. Res dabatur executioni,

cutioni. In campis prope Abbatiam S. Antonii comburebantur quinquaginta novem; quorum nemo fatebatur objecta scelera: sed singuli ad finem usque asseverabant se iniuste perimii: quod populum vehementissime perturbabat. Post mensis spatium Archiepiscopus Remensis suum concilium provinciale Silvanecti habuit: ubi novem Templarii condemnati pariter & concremati sunt ex auctoritate Judicis profani: sed ante mortem recantabant, quæ prius confessi fuerant: idque tormentorum metu factum causabantur.

æcul XIV.
A.C. 1310.

§. XLI.

Templariorum causa continuatur.

Interim Papæ Cognitores pergebant Parisiis tractare res Ordinis generales. Die sabbati 14 Martii an. 1310 accitis ad se Templariis, qui se Ordinem defensuros dixerant, legi ac explicari Gallice curabant suum mandatum, & inquisitionis suæ puncta simillima capitibus quæstionis anno 1307 habitæ de Templariis centum quadraginta. Tum missi a Cognitoribus in Templum (hoc est, in cœnobium Ordinis) Notarii Templarios Equites, qui numero septuaginta quatuor ibi carceribus inclusi erant, adductos ad se rogarunt, an consultassent de consti-

Dapui p. 133

Sup. §. 20.

p. 143.

X x 2

tuen-

Sæcul. XIV.
A. C. 1310

tuendis oratoribus? Petrus Bononiensis Sacerdos Ordinis Procurator Generalis omnium nomine sic respondebat:

Habemus caput, sine cuius permisso nequimus facere quod iubemur: sed parati sumus nos sistere Cognitoribus, & Ordinem, ut par est, tueri. Accusationis puncta a Summo Pontifice missa & nobis lecta sunt probrosa, execranda, falsissima, a calumniatoribus inimicis nostris conficta. Noster Ordo est purus & sine macula: qui negant, loquuntur ut ethnici hæreticique. Quapropter volumus cunctis eum modis defendere; ac hoc sine libertatem petimus, ut possimus interesse concilio generali, vel saltem Fratribus ei affuturis rationes nostras committere. Qui ex nostris hæc mendacia veluti res veras dixere, illos huc adegit metus mortis & crudelium tormentorum, quæ passi sunt ipsi, aut pati viderunt alios: sin minus, per promissa minasve eo inducti sunt. Idcirco eorum testimonia nocere Ordini non debent.

p. 145.

Eadem die, quæ erat Martis septima Aprilis an. 1310, horum Equitum octo se sistebant Cognitoribus in sacello Episcopi: ac Petrus Bononiensis omnium nomine legebat scriptum eadem fere continens, quæ coram Notariis protulerat: addebatque extra Franciam non inventum.

p. 148. 150.

tum iri Templarium, qui diceret ea, de quibus arguerentur; & has calumnias instruxisse apostatas ob scelera ejectos ex Ordine. Alius quidam ex illis octo Templariis nomine Joannes Monreginus recitabat scriptum lingua vulgari, sed sermoni Catalano quam Gallico propius, ac easdem fere defensiones complectens. Cognitores reponebant: Nec vos capi iussimus, nec vestra occupari bona: estis captivi Papæ, ac bona vestra sunt in ejus manibus: igitur ea vobis reddere nequimus, aut vos in libertatem asserere. Responderunt etiam ad ea, quæ illi de privilegiis suis, ac de irritæ actionis vitiis proposuerant.

Sæcul.XIV.
A.C.1310.

p.151.

p.154.

Die sabbati ante sacra Ramalia undecimo Aprilis anno 1310 Cognitores in idem Episcopi sacellum ad se accersitis ac præsentibus Templariis quatuor ex illis octo, qui priore die Martis ibi comparuerant, a testibus viginti quatuor, quorum viginti ex Ordine, quatuor profani erant, exigebant jusjurandum, eorumque testimonia excipiebant. Primus nomine Radulphus Prellius ex diocesi Laudunensi curiæ regiæ Causidicus annos quadraginta circiter natus hæc proferebat: Quo tempore Laudunieram, Præpositus sive Prior cœnobii Templariorum eadem in urbe siti nomine Gervasius Bellovacensis mihi familiarissimus

p.155.

X x 3 coram

Sæcul. XIV. coram pluribus ad me sæpenumero &
 A. C. 1310. plusquam centies intra quinque aut sex
 annos ante comprehensionem Equitum
 dixit in Ordine suo dari rem tam miram
 & cujus silentium tantopere commenda-
 retur, ut perdere vitam, quam detege-
 re illam mallet, si posset ipse cognosci
 proditor arcani. Affirmavit etiam in co-
 mitiis ipsorum generalibus esse aliquid
 tam secretum, ut, si quis infelichter hoc
 videret, etiam si Rex Gallorum ellet,
 eum perimerent, si possent. Afferuit mi-
 hi sæpius, habere se libellum sanctionum
 Ordinis, quem monstraret libens: sed
 & alium sibi esse, quem pro totius orbis
 opibus non ostenderet. Oravit, ut ac-
 cessum sibi aperirem ad comitia gene-
 ralia, nec dubitabat, quin brevi postea Ma-
 gnus Magister fieret. Hunc ei aditum
 reapse obtinui: & apud primores Ordinis
 autoritate florentem vidi, ut mihi
 prædixerat. Afferavit quoque, nun-
 quam audisse se memorari locum ita hor-
 ribilem, ut esset carcer sui Ordinis; &
 qui resisteret alicui Præpositorum im-
 perio, ibi ad mortem usque inclusum
 fore.

p. 165.

Die dominica 10 Maji an. 1310 Co-
 gnitores edocti quatuor Oratores Equi-
 tum cupere se adire, convenerunt in li-
 cellum: ac Petrus Bononiensis cunctorum
 nomine agebat: Comperimus, ac me-
 rito

merito timemus, ne verum sit Domini ^{saecul. XIV.}
 num Archiepiscopum Senonensem ac ^{A.C. 1316.}
 Suffraganeos ejus velle in suo concilio
 provinciali de Fratribus nostris, se ad
 tuendum Ordinem offerentibus quaestio-
 nem cras habere: quod eos necessario
 inde averteret. Idcirco confecimus lit-
 teras appellationis, quas legemus vobis.
 Archiepiscopus Narbonensis, qui Cogni-
 toribus praesidebat, reposuit: Appellatio
 vestra ad nos non attinet: nec est, cur
 eam curemus, quia a nobis non ap-
 pellatis. Si autem Ordinis tuendi causa
 proponere quidquam cupitis, aures vobis
 libenter dabimus.

Petrus tamen Bononiensis litteras il-
 lis praebuit, per quas ad Papam ap-
 pellabant ab omnibus, quae contra ipsos
 faceret Archiepiscopus Senonensis &
 Concilium ejus; rogabantque Cognito-
 res, ut prohiberent, nequid ille durante
 ipsorum negotio contra Templarios age-
 ret. Quatuor Oratoribus vespere ad se
 reductis Cognitores inquebant: Res,
 quam Archiepiscopus Senonensis ac Suf-
 fraganei ejus in concilio suo tractant, pror-
 sus diversa est a nostra: nec scimus,
 quid ibi fiat. Quemadmodum Papa nos
 praefecit negotio nobis commisso, ita Prae-
 sulibus provinciae Senonensis eas manda-
 vit res, quas tractant: nec potestatem
 in illos habemus aliquam.

p. 169.

X x 4

In

Sæcul. XIV.

A. C. 1310.

Mariona

l. 15. c. 10.

to. II. conc.

p. 1535.

In Castilia Clemens inquisitioni in Templarios præposuit Archiepiscopos Toletanum & Compostellensem, aliosque Præsules ac Inquirentem Emericum ex Ordine Prædicatorum antiquiorem illo, cujus *Directorium* habemus. In Arragonia id negotium comendatum est Raymundo Valentino Episcopo atque Ximeno Cæsaraugustano; & sic reliquis Hispaniæ provinciis. Arragoniæ Templarii corripiebant arma, ut in castellis se suis defenderent. Plerique se Montilonii muniebant; ubi oppugnatos Regis copiae comprehenderunt. In Castilia Confalvus Toletanus Archiepiscopus 15 Aprilis 1310 citabat Magnum Equitem beneficarium Rodericum Ibbanensem, cæterosque Templarios: ac Rex capi omnes, & bona eorum ab Episcopis occupari voluit. Salamanticam convocatum est concilium: cui intererant Rodericus Archiepiscopus Compostellanus, Joannes Episcopus Ulyssiponenfis, Vasco Gardius, Confalvus Zamoranus, Petrus Avilensis, Alphonsus Rodericopolitanus, Dominicus Placentinus, Rodericus Mindoniensis, Alphonsus Asturinus, Joannes Tudanus, & Joannes Augustolucensis; decem omnino Episcopi. Cum habuissent quæstionem de captivis, & confessionem eorum excepissent, data his est libertas de sententia cunctorum Præsulum; qui

qui tamen rei decisionem Pontifici Maximo reliquere. Sæcul. XIV.
A.C. 1310.

Inter omnes has actiones Papa Templariorum causam nondum satis excusam videns, ut dijudicaretur mense Octobri hujus anni 1310, quem in mensem concilium Viennense indixerat, id prorogavit usque ad primam Octobris anni proximi, ut liquet ex ejus epistola ad Regem Philippum Pulchrum data Avenione 4 Aprilis. Similes hac de re scripsit ad cunctos Archiepiscopos & omnes Principes summo jure imperantes. Rayn. 1310.
n. 41.

§. XLII.

Dissensio inter Fratres Minores.

Dissidium continuabatur & crescebat inter Fratres Minores. Ut vidimus, Sup. lib. 89.
§. 31. disciplinæ studiosissimi per auctoritatem Papæ Coelestini anno 1294 a cæteris sejuncti sub nomine pauperum Eremitarum pro Capite habebant Fratrem Liberatum Maceratensem. In Achajam Vading.
an. 1301. n. 1. delati, cum a quodam Domino Thoma Solano parvam accepissent insulam, constructo ibi domicilio in pace aliquamdiu Deo serviebant. Re comperta Patres provincię Romaninæ omnem movebant lapidem, ut illos reducerent ad Ordinis unitatem. Sed Eremitæ constanter resistebant.

Sæcul. XIV.
A.C. 1310.

sistebant Papæ Coelestini concessione nitentes. Adversarii eos sui, quia pullos ex insula obfirmatis volebant animis, perhibebant esse Manichæos (hæc enim secta adhuc numerosa erat) quippe abstinentes a vino & carnibus, ac societatem hominum fugientes. Arguebantur insuper, quod rarissime assisterent divino sacrificio, ac de augustissima Eucharistia Papæque autoritate male sentirent.

Regionis Proceres ac Episcopi dolatis ad se his accusationibus in insulam miserunt viros doctos probosque, qui in Eremitarum vitam inquirerent. Videbant esse mendacia & calumnias; Eremitas Sacerdotes quotidie sacrificare, divinum officium pie peragere, pro Papæ & Romana Ecclesia preces fundere, abstinentiam & solitudinem tantum sensus domandi causa colere. Qua relatione contenti Præsules ac Optimates Eremitis ad se vocatis suadebant, ut in templo primario sacrum conficerent; suæ fidei rationem in sermonibus suis redderent; & ad mensam invitati carnibus ac vino libere vescerentur. Parebant Fratres; & ita totum odium in calumniatores suos rejiciebant: qui, cum res male vertisset in Græcia, statuerunt illos in Romana curia exagitare, donec eos ad se re-

duxissent. Hæc fiebant sub annum *Sæcul.XIV.*
 1301. *A.C.1310.*

Cum generalia Fratrum Minorum comitia sequente anno Genuæ haberentur, interim Joannes Murius Ordinis Minister Generalis decimus quartus ibi ad Præpositos Fratresque universos scripsit epistolam, in qua dicebat: Comperio quædam e nostris cœnobiis habere terras, domos & vineas, aut pensiones perpetuas his ex fundis percipere. Audio quosdam de Fratribus nostris non solum gaudere redditibus propriis, verum etiam executiones testamentorum perennes in se suscipere, hoc nomine culturam terrarum & collectionem frugum ac fructuum curare, ac in lites se immittere. Cuncta hæc vitia prohibebat sub anathematis pœna, in quam ipso facto incurrerent, monebatque Fratres suos omnes, ut primitivæ paupertatis suæ studium instaurarent.

Vading.

1302, n. 1.

n. 2.

V. Cong.

Gloss. commissaria.

Eisdem in comitiis Fratres provinciæ Romaninæ faciebant, ut confessus plenus concluderet occurrendum schismati Ordinis, & ad Cœlestinianos Eremitas ei denuo sociandos omni ope ac opera connitendum esse. Rogabatur Papa Bonifacius, ut antecessoris sui privilegia revocaret. At respondit: Permittenda est his Eremitis disciplina sua; qui, ut perbene scio, vexatoribus suis melius obser-

Vading. n. 7.

obser-

Sæcul. XIV.
A. C. 1310.

observant regulam. Isti opponebant: Eremitæ semper addicti Cœlestino fuere, nec te agnoscunt verum Papam. Nempe sic Bonifacium in parte delicatissima feriebant, præsertim tum, cum fereret ejus contentio cum Philippo Pulchro. Veritus proin, ne illa factio in Græcia invalesceret, Petro Constantinopolitano Patriarchæ Latino tunc Venetiis agenti, & Athenarum Patrarumque Archiepiscopis scripsit, ut eam rem accurate perquirent. Cum Atheniensis Thomæ Solano præcepisset, ut Eremitas ex insula sua expelleret, subiere ditionem Græcorum, in qua biennio permanebant. Sed Patriarcha Petrus Chalcidem delatus rogatu Fratrum Romanæ in Eremitas anathema bis edixit, si Ordini se suo non submitterent.

n. 8.

Has inter turbas Frater Liberatus Eremitarum Præpositus optimum fore censuit, si reversus in Italiam Papæ se ac suos purgaret. Anno 1303, tunc cum captivus esset Bonifacius VIII, ad quendam Apulæ portum appulsis Andreas Segna e Proceribus regionis in loco deserto vile præbuit domicilium; ibique subsistebant. At decimus quintus Ordinis Minister Generalis Consalvus Balboan Lusitanus an. 1304 electus Regem Neapolis Carolum Claudum oravit, hos ut schismaticos, quos etiam de hæresi ac

an. 1304 n. 13

1307. n. 2.

Lusitanus an. 1304 electus Regem Neapolis Carolum Claudum oravit, hos ut schismaticos, quos etiam de hæresi ac

cusabat, suo e regno pelleret. Rex Tho-
 mæ Averfano Inquisitori ex Ordine Præ-
 dicatorum scripsit, ut in eos diligenter
 inquireret, puniretque fontes. Thomas
 in quoddam Comitatus Molisini castrum ac-
 citos percontatus nullius contra fidem
 erroris videbat reos: abiens vero mone-
 bat, ut ipsum sequerentur, alioquin tur-
 bandi suis ab inimicis. Hi tamen eis in-
 sultabant per viam, ac reposcebant Fra-
 trem Liberatum veluti desertorem com-
 munitatis sine permisso Præsidi. In-
 quisitor ei suadebat, ut loca tuta peteret
 illorum insidias evitandi gratia, rectaque
 ad Papam iret. Igitur cum socio susce-
 pit iter in Franciam, Clementem V a-
 diturus. Sed Viterbii morbo correptus
 obiit an. 1307.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1310.

Cum ejus focii e regno Neapolitano
 vellent egredi, quod ibi securos se non vi-
 derent, detenti sunt ab Inquisitore, cui
 se rursus sistere jubebantur. Jungebat
 eis tum alios malæ famæ Religiosos a
 S. Onuphrio trahentes nomen, tum hæ-
 reticos de secta Apostolicorum. Per
 eandem omnes sententiam sine discrimi-
 ne condemnavit tanquam hæreticos
 schismaticosque: quin etiam patronis
 illorum censoriam fautorum notam inus-
 sit. Andrea Segna, qui Eremitis tectum
 dederat, propterea conquerente, eos exo-
 sus acrius in episcopalem comitatus Mo-
 lisini

n. 3.

Sæcul. XIV.

A.C. 1310.

lisini urbem Triventum ductos tormentis subjecit, ut conjectam in se hæresim haberentur: & quinque mensibus in carcere asservatos Neapoli palam fustibus caedi, tum e regno ejici jussit. Sed paulo post de vita exiit, injuste damnatos asserens.

n. 4.

anno 1310.

n. 1.

Nonnulli tormentis succubuerant: ac reliqui Galliam petierant, ut Papæ innocentiam probarent suam. Deinde in Provincia seu Saluviorum terra aliis se Fratribus Minoribus sociarunt, qui pariter ab Ordine disciplinæ studio se disjunxerant: ut aliis in provinciis, præsertim in Hetruria factum erat. Quæ res Ordinem duas in partes scidit, quarum Spirituales alteræ, alteræ Fratres Communitatis volebant dici. Posteriores & numero præstabant, & plus poterant: priores tamen se tuebantur, maxime in Provincia. Raymundus Villanovanus hac in regione ortus Regem Carolum Claudum, cujus erat medicus, paulo ante mortem ipsius impulit, ut autoritate sua interposita Fratres Spirituales ab oppressione defenderet, ac Ministrum Ordinis Generalem per litteras ipsis redderet propitium. Rex non isti modo, sed & Papæ Clementi scripsit, ut malum hoc exemplum tolleretur. Papa per secretum imperium ad se accivit Ministrum Ordinis Generalem Consalvum, & quos de-

re sibi plurimam rei notitiam posse credit, scilicet Raymundum Goffredum antehac Generalem Ordinis Ministrum decimum tertium, Guilielmum Cornillonium, Ubertinum Cafalium & alios quosdam. Hos, inquam, in locum dioeceseos Vasionensis Malosiam nomine accersivit, & Consalvum, deinde reliquos clam interrogavit, ut vera cognosceret: at per multitudinem negotiorum haud licere sibi per se huic vacare videns, commisit istud tribus Cardinalibus, Berengario Fredolio Episcopo Tusculano, Guilielmo Arrufatio Presbytero de S. Potentiana, & Thomæ Jorcio de S. Sabina.

Sed cum duceretur tempus, Fratres Spirituales, quos Papa acciverat, verebantur, ne interim male haberentur a Præsidibus Ordinis. Idcirco Papa per litteras pro præsentis causæ conditione datas illos octo numero, quos nominabat, ex potestate ac jurisdictione Ministri Generalis & Præsidium, quamdiu lis duraret, exemptos voluit, vetuitque, ne turbarentur ii, qui variis in provinciis his octo adhærerent; quibus hanc actionem ullo modo nocere noluit. Dabat Avenione 14 Apr. 1310. Hoc in statu res biennio manebat usque ad concilium Viennense. Interea Frater Ubertinus Cafalius præ reliquis Spiritualibus fervens Cognitoribus dedit commentarium

Sæcul. XIV.

A. C. 1301.

Sæcul. XIV. rium triginta quinque capita noxarum
 A. C. 1310. continens, viginti quinque contra regu-
 lam, ac decem contra declarationem Ni-
 colai III: & Fratres Communitatis re-
 spondebant scripto fufissimo. Spiritua-
 les provinciæ Hetruscæ omnium lon-
 gissime suus abripuit ardor: nam per
 suam solorum authoritatem segregati a
 corpore Ordinis sibi Ministrum Genera-
 lem ac Præsides constituerunt. Verum
 hæc seditio improbata in Romana cu-
 ria a Spiritualibus animos fautorum a-
 lienavit.

§. XLIII.

Impugnatur memoria Bonifacii.

Interea Rex Philippus Pulcher urgebat
 semper damnationem memoriæ Boni-
 facii VIII: qua de re Papa Clemens an-
 te priore litteras ediderat in hanc sen-
 tentiam. In principio pontificatus no-
 stri cum Lugduni ac postea Pictravii es-
 semus, Rex Philippus, Ludovicus Ebroli-
 carum, Guido Poliaci, & Joannes Droci
 Comites cum Guilielmo Plessio Equite
 nobis instabant, ut audiremus indicia
 quæ haberent, Papam Bonifacium VIII
 antecessorem nostrum in hæresi esse motum.
 Nos hanc accusationem veritate
 niti neququam credebamus, perbene-
 gnari, eum orthodoxis parentibus & in
 patria

Diff. p. 368.

Rayn. 1309

n. 4.

patria catholica ortum, in Romana cu-
ria educatum, ibi majorem vitæ partem
duxisse; & cum sub antecessoribus no-
stris Martino Adrianoque in Francia &
Anglia legatione fungentibus Cancellarium, in curia Romana Causidicum ac
Notarium egisset, per gradum Cardinalis
in summam evertum sedem multas fecisse
functiones ad gloriam Dei, ad confirmationem
fidei, ad excidium hæreticorum. Quia tamen
hæresis est crimen detestabilius cæteris ac
periculosius, illam accusationem non sine
examine dimittendam duximus, præsertim
in Ecclesia Romana matre ac magistra
Christianorum omnium doctrinam ac religionis
normam inde obrinentium.

Sæcul. XIV.
A. C. 1310.

Quapropter adhuc Pictavii versantes
de consilio nostrorum Fratrum statui-
mus audire accusatores Bonifacii: qui-
bus post lustratæ Virginis solennia tunc
propinqua, nunc elapsa primum diem
factum, quo se nobis Avenione sisterent,
præstituimus. Sed cum præ negotiis
intervenientibus, ac ob tempestatem a-
speram, & propter difficultatem viarum
in loco assignato adesse tum non potueri-
mus; per has litteras eosdem viros, qui
hanc rem sua interesse putabunt, ad ac-
cusandum aut defendendum citamus in
diem primam a secunda jejunii verni
dominica. Dabat 13 Sept. 1309. A.
Hist. Eccles. Tom. XXII. Y y venio-

Sæcul. XIV. A.C. 1310. venione apud Fratres Prædicatores in
exedra inferiore, ubi confessus habebat
publicos.

Differ. p. 367 Quocirca partes Avenione pleno in
senatu Papæ se sistebant præscripto die
lunæ 16 Martii an. 1310. Actores erant
quatuor Equites, Guilielmus Nogaretus,
Guilielmus Plessius, Petrus Galiardus, ac
Petrus Blanascus una, cum Viro docto,
qui vocabatur Magister Alanus Camba-
lius: & omnes quinque se dicebant Nun-
cios Regis Gallorum. Bonifacii memo-
riam tuentibus numero duodecim præ-
erat Magister Jacobus Mutinensis, qui
omnium nomine loquebatur. Papa pri-
mum legi curavit litteras 13. Sept. scri-
ptas, quas modo retuli. Dein Guiliel-
mus Nogaretus multa disseruit, & ad
ea scripto tradenda sese obtulit. Jaco-
bus Mutinensis contrarias asservationes
fecit contendens partes adversas non ad-
mittendas esse ad impugnandam Bo-
nifacii memoriam. Tum Papa impera-
vit, ut ambæ partes sua postulata scripto
darent; & duos proximos dies Veneris
designavit, quibus actionem coram ipso
continuarent.

Vigesimo Martii duo Cardinales a Pa-
pa huic negotio præfecti quatuor Notu-
rios, quos ille ad causam litteris man-
dandam nominaverat, jusserunt recipere
omnia, quæ partes vellent producere.
Actores

Actores protulerunt libellum 12 Martii ^{Sæcul. XIV.}
 1303 Regi oblatum, & qui accusationem ^{A. C. 1310.}
 Bonifacii conceptis factam verbis con-
 tinebat. Deinde aliud præbebant scri- ^{n. 272.}
 ptum, in quo inter alia dicebant ex viris, ^{Sup. lib. 90.}
 qui contra Bonifacium testificari pollent, ^{6. 9.}
 plures fortassis defore quippe annis obli- ^{Differ. p. 56.}
 tos & imbecilla utentes valetudine. Im-
 pense proin oramus, adjungebant, ut hi
 testes sine mora recipiantur. Præterea
 declaramus complures Cardinales nobis ^{p. 373.}
 esse suspectos, utpote quorum hæc res in-
 terfit, & qui actionem hanc impedire
 modis omnibus conati fuerint: quocir-
 ca eos recusamus, & tuæ Sanctitati,
 si opus esse judicet, nomina eorum da-
 bimus. ^{p. 374.}

Altero die Veneris 27 Martii an. 1310 ^{p. 387. 386.}
 in senatu publico actores nominabant
 Cardinales sibi suspectos octo numero.
 Die Mercurii 1 Aprilis tradebant nomina ^{p. 391.}
 testium, quos producere volebant. Die
 Veneris decimo mensis Papa auditis am-
 barum partium asseverationibus decla- ^{p. 404.}
 rabat se acceptis testium nominibus æ-
 quabilem juris rationem ducturum, ac
 rem distulit in diem proximum, quo eam
 post Pascha resumendam dixit; quod hoc
 anno 1310 incidit in decimum nonum
 Aprilis. Quapropter partibus post do-
 minicam *Quasi modo* primam diem fastam
 præfinit; imperans, ut interea eis da-
 rentur

Y y 2

Sæcul. XIV. rentur exemplaria omnium instrumen-
A. C. 1310. torum litis utrimque productorum. Ve-
 rum die sabbati post Pascha 25 Aprilis
 causam usque ad quindecim dies, & o-
 ctavo Maji porro in diem lunæ undeci-
 mum mensis, deinde ob invaletudinem
 suam in diem Mercurii prorogavit.

p. 406.

p. 408.

p. 409.

Hoc die, qui erat decimus tertius
 Maji, Papa in confesso publico partibus
 præsentibus inquebat: Audivi olim Do-
 ctiores quosdam opinari proscriptum ha-
 beri absolutum per solam Papæ saluta-
 tionem vel alloquium scienter factum.
 Sed hanc opinionem nunquam credidi
 veram, nisi aliunde constaret Papam ha-
 buisse animum absolvendi proscriptum.
 Declaro itaque mihi nec hac nec alia
 in causa unquam fuisse mentem absolvendi
 proscriptum per auscultationem ejus,
 allocutionemve, aut quamcunque cum eo
 communionem. Addebat, quia nego-
 tium magni momenti esset ac difficile,
 atque calorum imminentium causa ipse
 & Cardinales consulere suæ sanitati de-
 berent, se partibus primam diem fastam
 mensis Augusti præstituere; interim re-
 cepturum nomina testium, qui fieri de-
 biliores possent. Tum Guilielmus No-
 garetus Papæ supplicabat, ut ipsum cau-
 tionis gratia exsolveret censuris, in quas
 forsitan incidisset. Sed Papa reposuit hac
 de re deliberandum esse.

p. 410.

p. 411.

Interim

Interim Papa designavit Auditores ^{Sæcul. XIV.} testium, quorum percontatio non ferret moram. Illi erant Isarnus Archiepiscopus Thebarum, Vicarius Papæ Romanus, Jacobus Episcopus Avenionensis postea Papa Joannes XXII, Altegrudus Viennensis Episcopus, Bertrandus Abbas Montis Albani, Vitalis Dufurius ex Ordine Minorum Doctor Theologiæ & Grimerius Bergomas laicus Advocatus in Romana curia. Papa jussit eos accedere Romam, Lombardiam, Hetruriam, Campaniam, & vicina loca, testes grandævos, infirmos, vel diu absuturos, interrogandi gratia, eorumque testimonia silentio premere. Mandatum dedit 28 Jun. 1310.

viz. 1310.
A. C. 1310.
Rayn. 1310.
n. 37.

§. XLIV.

Audiuntur testes.

Papa Clemens etiam tres Cardinales, qui testes ejusmodi percontarentur, prope se constituit, scilicet Petrum Sacellium Episcopum Prænestinum, Berengarium Fredolium Episcopum Tusculanum, & Nicolaum Frovillum de S. Eusebio. Sic apparet ex fragmento inquisitionis ita incepto: Die lunæ 17 Augusti eodem anno, nempe 1310 Nicolaus Sacerdos Canonicus Ecclesiæ cathedralis de S. Angelo Lombardorum in Apulia,

Diff. p. 543.



Sæcul. XIV.
A.C. 1310.

p. 544.

lia, triginta septem aut triginta octo annos natus dicto juramento coram Cardinalibus negotio præfectis intra prioratum Grosellinum prope Malosiam dioceseos Vasionensis in palatio, quod Papa incolit, hæc affirmavit. Sub pontificatu Cœlestini V, nempe an. 1294 men-

se Novembri cum essem in ædibus Marini Sichinulfi, ubi Benedictus Cajecanus tum Cardinalis agebat, hujus conclave cum Episcopo Frecentino ingressus, ibi Clericum quendam inveni coram pluribus cum illo disputantem, quænam esset melior lex aut religio, Christiana, Judaica, vel Saracena, & quænam melius observaretur? Tum Cardinalis: Quid sunt omnes hæc religiones? inventa sunt hominum. Curæ habenda est hæc sola vita: nec enim datur alia.

p. 545.

Addebat hujus mundi nullum unquam principium fuisse, aut finem fore. Postridie Nicolaus dioceseos Capitaquensis Abbas ad S. Benedicti restabatur idem, adjungens Cardinalem dixisse, panem non converti in Sacramentum Altaris; nec id esse corpus Christi; non dari

p. 548.

reditum ad vitam; sed animam mori cum corpore: sic se, sic litteratos omnes sentire; simplices autem & rudes aliter cogitare. Testis rogatus, an ille per jocum ita locutus esset, respondit, hæc serio illum & ex animo dixisse.

Die

Die Mercurii 19 Augusti Matfredus ^{Sæculi XIV.}
 laicus civis Lucensis sexaginta quin- ^{A.C. 1310.}
 que annos habens ista protulit. Anno 1300 ante Natalem Domini, cum in La- ^{p. 550. 551.}
 teranensi Papæ Bonifacii cubiculo Flo-
 rentiæ, Bononiæ, ac Lucæ Legatos
 inter multosque alios adesset, vir qui-
 dam, qui Papæ a sacello esse videba-
 tur, ei nunciavit mortem Equitis cujus-
 dam pravi hominis; ideoque supplican-
 dum Christo Domino, ut ejus animæ
 parceret. Bonifacius illum appellabat
 fatuum, & de Christo indigne locutus
 adjungebat: Hic Eques jam recepit om-
 ne bonum malumque, quod habere de-
 bet: nec datur vita, vel paradifus, aut
 orcus alius, quam hoc in orbe. Subje- ^{p. 564.}
 cit hic testis Bonifacii sermonem, quem
 memorari non patitur pudor: & alius
 testis alium priore magis impium reci-
 tavit.

Quod nobis de hac disquisitione su-
 perest, comprehendit testimonia tredecim
 testium, quorum plures dicta eadem eo-
 dem modo retulere. Alia inquisitio, quæ ^{p. 526.}
 anno sequente videtur facta, continet te-
 stificationes viginti trium testium, ac
 eadem verba cum aliis æque offendenti-
 bus. At, cum res dijudicata non fue-
 rit, supervacaneum duxi singula longius
 persequi.

Sæcul. XIV.
A.C. 1310.

§. XLV.

Dilationes ac decreta interposita.

Et si Papa Clemens partibus initium Augusti præfinierat, non video tamen illum eis aures præbuisse nisi die Martis decimo Novembris; ac etiam tum eos solum ampliavisse ad proximum diem Veneris. Quo die Guilielmus Nogaretus conquerebatur Bonifacii defensores pluram protulisse contra honorem & famam Regis Domini sui. Papa significabat hoc improbare, auditurum omnia, quæ Nogaretus Regis existimationem tuendi causa vellet proponere. Postea rem in aliud aliudque tempus extraxit usque ad diem Martis 22am Decembris; quæ eam iterum prolatavit in diem primam post quartam jejunii verni dominicam nempe 21 Martii anni 1311. Sic diuturna hæc actio coram Papa traducebatur dilationibus, interpositis decretis, & prolationibus; nec perventum est ad causæ viscera. Erant meræ exceptiones, præscriptiones, ut vocant, ac reclamations iteratæ quolibet litis die: partes nec de qualitatibus suis, nec de iudicis potestate legitima consentiebant: ne verbum quidem proferebant, quod non constringerent, aut temperarent: quotiescunque faciebant gradum, timebant.

ne fallerentur, & adversariis quidquam concederent. Hoc est exemplum memorabile subdolarum litigandi artium, quæ tunc regnabant.

Sæcul. XIV.
A.C. 1310.

§. XLVI.

Creantur Cardinales.

Mense Decembri an. 1310 die sabbati, qua trimestris ecclesiastici jejunium colebatur, 19 mensis Papa Clemens Cardinales iterum declaravit, & quidem quinque numero. Primus erat Arnaldus Feugerius Archiepiscopus Arelatensis, quem fecit Sabinensem Episcopum. Alter fuit Bertrandus Desbordius Episcopus Albigenſis Papæ cubiculis præfectus; qui ab eo nominatus est Cardinalis Presbyter de SS. Joanne ac Paulo: sed obiit anno proximo mense Septembri. Tertius, Arnaldus de Novo ex Ordine Cisterciensi Fontis Frigidi Abbas, ac Ecclesiæ Romanæ Pro-Cancellarius, Cardinalis Presbyter de S. Prisca. Quartus, Raymundus Fargius Papæ nepos, Cardinalis Diaconus de S. Maria Nova. Quintus, Bernardus Garvius Liberatensis Cardinalis Diaconus de S. Agatha. Papam itidem sanguine contingebat: & hi duo non tum erant Hypodiaconi consecrati, cum fierent Cardinales: id

Rayn. n. 47.
Baluz. vit. I.
p. 73. 657.

p. 665.

Y y 5 quod

Secul. XIV. quod tunc temporis pro eximia legis la-
A. C. 1311. xatæ gratia habebatur.

§. XLVII.

Regis Philippi cessatio.

Diff. p. 296.
Sup. l. 90.
 §. 18.

Ineunte anno proximo Rex Philippus Pulcher ab actione contra memoriam Bonifacii tandem desistit: ut docet epistola Papæ Clementi scripta; in qua rem repetit a senatu habito Parisiis mense Martio an. 1303; ac demique declarat se illam futuro in concilio aut alibi decidendam Papæ Cardinaliumque judicio relinquere. Absit enim, adjungit, ut in dubium revocem illud, quod tua Sanctitas in fidei quæstione statuerit, præsertim cum approbatione Concilii. Dabat Fonte Bellaqueo mense Februario an. 1310 nempe 1311 ante Pascha.

p. 592.
Rayn. 1311.
n. 26.
Diff. p. 597.

Papa igitur edidit litteras, in quibus agnoscit Regem hanc actionem bono animo suscepisse, eumque asserit infontem capti Bonifacii & omnium illius temporis facinorum. Revocat & infirmat omnes sententias & sanctiones honori, libertati, ac juribus Regis regnique noxias a prima Novembris anni 1300 editas, jubetque illas eximi de tabulis publicis Ecclesiæ Romanæ. Generali tamen venia excludit Guilielmum Nogaretum,

garetum, Sciarram Columnam & quosdam alios de capto Bonifacio maxime reos. Dabat Avenione 27 Aprilis, anno 1311, pontificatus sui sexto: nam septimum orsurus erat a quarta decima Novembris, qua coronatus fuerat.

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

p. 601.

Guilielmus Nogaretus perhibebat quidem se contra Bonifacium nihil fecisse sine bonis rationibus; pro majore tamen securitate absolutionem a Papa Clemente flagitavit. Impertiit eam his conditionibus: In primo transitu generali Nogaretus cum armatis equitibus terram sacram adeat, ibi mansurus semper, nisi poenæ spatium contrahamus. Interea Vallem Viridem, Rupem Amatoris, Anicium, Bononiam maritimam, Carnutumque, ac his in locis templa SS. Virginis cultu celebria, præterea Fanum S. Ægidii, Montem Majorem, & Compostellam religionis causa peregre obeat. Hanc absolutionem Papa eodem, quo priores litteras, die dabat.

Papabr. conat. p. 74.

§. XLVIII.

Henricus Luxemburgius in Italia.

Interim Henricus Luxemburgius Romanorum Rex Italiam intraverat, Romæ coronam accepturus imperatoriam. Ante discessum Papæ Clementi sollemniter juraverat fore, ut catholicam fidem defende-

An. Rayn. 1310. n. 3.

Sæcul. XIV. fenderet, hæreticos exterminaret, cum
A.C. 1311 inimicis Ecclesiæ nullum sanciret fe-
 dus, Papam protegeret, Ecclesiæ Romæ
 jura conservaret. Confirmabat re-
 novabatque cuncta privilegia & dona-
 quæ Constantinus, Carolus Magnus,
 Henricus, Otto IV, ac Fridericus II ei de-
 derant. Hoc juramentum dixit Laufa-
 næ 11 Oct. 1310 inter manus Archie-
 piscopi Trevirensis Balduini Luxembur-
 gii fratris sui, & Joannis Molanfi Scho-
 lastici Ecclesiæ Tullensis; quos ambos
 hanc ad rem Papa delegerat.

Bal. Miscell. Postea Rex Henricus superatis Alpi-
I. p. 119. bus Italiam ingressus est. Falso S. Mi-
Idem Vit. 2. chaëlis die Segusii, & sub festum S.
p. 1151. Martini Astæ erat magno cum exercitu,

spondebatque fore, ut pacem in regio-
 nem totam reduceret, Guelforumque ac
Rayn. 1310. Gibellinorum partes reconciliaret. Pa-
n. 10. 11. Et. pa Genuensibus, Florentinis, Mediola-
 nensibus, cæterisque Italiæ populis pro
 illo scripserat; & Cardinalem Arnaldum
 Pelegruzæum molimen ejus promovere
 jusserat. At eventus minime respondit
 Henrici animo: ejus præsentia augebat
 turbas, confirmabat recreabatque Gibel-
 linos, & offendebat Guelfos: denique
 committere pugnas, & obsidere loca co-
 gebatur. Mediolani tamen e manibus
 Archiepiscopi coronam ferream accepit
 in templo S. Ambrosii die Epiphaniæ
 6 Jan.

Miscell. p.
121. vit.
p. 1160.

6 Jan. 1311 : & ortæ seditiones variæ Regem per annum reliquum in Lombardia detinebant.

Papa promiserat se illi coronam imperatoriam Romæ suis manibus impositurum. Sed postmodo hanc functionem injunxit quinque Cardinalibus, Arnaldo Feugerio Sabinæ, Leonardo Albani, Nicolao Ostiorum Episcopis, & duobus Diaconis, Francisco Napoleoni ex Urfinis de S. Lucia, & Lucæ Fiesco de S. Maria *in via lata*.

Mandato hoc erat initium: JESUS Christus Rex Regum tantam potestatem Ecclesiæ dedit suæ, ut hujus sit imperare, ac Principes maximos extollere; Reges autem & Imperatores ei obsequi ac servire debeant.

Tum Papa inquebat: Ratam habuimus electionem Regis Henrici, & nos eum coronaturos spondimus. At hic Princeps ingressus Italiam per Legatos oravit, ut maturarem hunc actum, & Cardinales aliquos eum festo Pentecostes die tunc propinquo obire juberemus, quia nos ipsi eodem fungi non possemus ob concilium generale prima Octobris inchoandum, multaque alia ob negotia sane quam urgentia, quæ nos cis Alpes detinerent. Dein Regi placuit anniversaria SS. Virginis in coelum assumptæ dies, qua ille actus in basilica S. Petri solito ritu fieret. Quocirca Romæ

eo

Sæcul. XIV.
A. C. 1311.

Rayn. 1311.
n. 7.

n. 8.

n. 9.

Sæcul. XIV. A. C. 1311. eo die eritis, quo tu Episcopo Ostien-
sis, divinum sacrificium perages, & un-
ges Regem; atque vos cæteri quatuor
ei dabitis coronam imperatoriam, sce-
ptrum, pomum, gladium, & reliqua. Sub
hæc illis Papa præscribat singulas ex
ordine ceremonias ad normam libri ri-
tualis, qui asservatur in tabulario Ro-
manæ Ecclesiæ. Dabat Grosellæ 10 Jun.
1311: ac Pentecoste hoc anno in 30 Ma-
ji inciderat.

§. XLIX.

Causa Templariorum.

Sup. S. 36.
39. Interim Cognitores pontificii ob causam
Templariorum Parisiis commorantes
inquisitionem amplius anno & dimidio
habitam finierant, ejusque rationem
reddebant Papæ per litteras hanc in-
sententiam exaratas: Sanctissime Pater!
Durui
Templ. p. 170
172. Commissam a te nobis inquisitionem, qua
poteramus, maxima fide, cura, & dili-
gentia obivimus. Testes ducentos tri-
ginta & unum variis e provinciis nobis
subministratos, & antea non auditos
percontati sumus. Causæ totius instru-
mentum majusculis scriptum litteris ad
te mittimus: & aliud pro majore secu-
ritate in Parisino Dominæ Nostræ tabu-
lario deposuimus. Dabamus in Abbe-
tia regia prope Pontifaram anno 1311.
pontificii

pontificatus tui sexto, quinta Junii. E-
 rat dies sabbati post Pentecosten. Rex
 Philippus Pulcher tum Pontiferae sena-
 tum habebat suum; cui intererant Ar-
 chiepiscopus Narbonensis, ac Episcopus
 Bajocassinus, ambo de numero Cogni-
 torum: & cum a Senatu non possent
 discedere, reliqui Melodunensem in Ab-
 batiam venere, ut cum Rege ac illis
 colloquerentur, & actioni finem face-
 rent.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1311.

S. L.

Concilium Ravennanum.

Eodem tempore Raynaldus Archiepis-
 copus Ravennas ob eandem Tem-
 plariorum causam, & ut Papæ jussu ad
 generale concilium se præpararet, syno-
 dum habebat. Convenerant octo pro-
 vincia Episcopi, ac tres Inquisitores
 duo Dominicani, tertius ex Minorum
 Ordine. Septimo decimo Junii, cum
 Ravennæ in Archiepiscopi palatio simul
 essent, adducebantur ad eos septem Tem-
 plarii: quibus ad jusjurandum adactis
 accusationis capita summo a Pontifice
 missa, & verba testium legebantur. Ad
 omnia pro se quisque respondebant, nec
 videbantur commoti vel timidi; & illata
 sibi crimina cuncta pernegabant. Ar-
 chiepiscopus iis remissis rogabat Asses-
 sores,

Rub. lib. 6.
 p. 522. 524.
 &c.
 to. II. Conc.
 p. 1533.

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

res, an ad illos iuravidos iatis auctoritatis tenere se putarent? affirmabant; an Equites tormentis essent subiiciendi? negabant præter Dominicanos; an rem Papæ iudicio relinquerent? nolebant, eo quod instaret concilium generale; denique, utrum accusati purgare se, an absolvi deberent? statuëbatur purgatio. Sed postridie placebat fontes puniri, absolvi innocentes, ac pro talibus haberi eos, qui nocentes se tormentorum metu dixissent. Quinque tamen purgationem fecere canonicam.

Rub. p. 837.
to. II. conc.
p. 1569.
art. 26.

Hoc ipso in concilio decretum triginta duo puncta continens promulgabatur, ut revocarentur antiqui canones parum observati. Punctum maxime considerandum attinet ad violentias allatas Episcopis utpote captis, percussis, reclusis, aut de sua depulsis Ecclesia, bonorumque suorum jacturam passis. In auctores & socios horum scelerum accumulatur omnes censuræ ac poenæ sacræ pulsorumque ac spoliatorum Præsulum victui providetur. Talia verò mala reprimi nequibant nisi per vim ac potestatem profanam: quam qui adhibere posset, Princeps tum non dabatur in Italia. Nam etsi Rex Romanorum Henricus Luxemburgius in Lombardia erat cum exercitu, id solum agebat, ut ipse agnosceretur supremus Princeps. Hæc Concilii

p. 1601.

Concilii Ravennani sanctio in templo Sæcul. XIV.
 metropolitano edicta fuit an. 1311 die lunæ A. C. 1311.
 20 Junii : qua die probabiliter solutus
 est conventus.

§. LI.

*Monitio spectans ad concilium
 generale.*

Initium concilii generalis faciendum e-
 rat eodem anno prima Octobris. Papa
 Episcopis cunctis præceperat, ut illuc
 apportarent commentarios rerum omnium,
 quæ ibi essent præscribendæ in bonum
 Ecclesiæ. His de monitionibus duæ Sup. lib. 89.
 supersunt nobis : Guilielmi Durantii E- §. 46.
 piscopi Mimatini erat altera ; altera cu-
 jusdam Episcopi, cujus nomen latet. Po-
 sterioris moniti hæc est summa. Quod Ragn. 1311.
 attinet ad primum punctum de Templariis, n. 55.
 dicit ille permultum interesse, ut Pa-
 pa hunc Ordinem tam infamem, &
 qui nomen Christianum ethnicis odiosum
 redderet, protinus aboleret neglectis mo-
 nitionibus frivolis, quæ in ejus defen-
 sionem fierent : nam esse in mora peri-
 culum posse. Quod contingit punctum n. 56.
 alterum de auxilio terræ sacræ ferendo,
 ait successus boni spem esse modicam ob
 discordiam Principum Christianorum.
 Progressus temporis hoc ostendit satis.

Hist. Ecclesiast. Tom. XXII. Zz Lattus

Sæcul. XIV.

A.C. 1311.

n. 57.

Latius excurrit tertium in punctum de corrigendis moribus; & conqueritur de multis rebus indignis. Ecce graviores! In plerisque locis Galliae dominicis præcipuisque diebus festis negotiationes, ac nundinae fiunt, lites & judicia exercentur, ita, ut dies, quibus maxime colendus esset Deus, profanentur per evagationes mentium rebus temporalibus intentarum, per belluationes in cauponis, per rixas, blasphemias, aliaque crimina.

n. 58.

Eodem in regno Archidiaconi, Archipresbyteri ac Decani ruris jurisdictionem sæpe suam committunt hominibus contemptu dignis & rudibus: atque seu per se ipsos, seu per hos vicarios suos illam exercent, abutuntur potestate clavium ob causas leves, ac crebro sine causa pronunciando anathemata, ita, ut plerumque in unica parocchia trecentos aut quadringentos invidias proscriptos, egoque ad septingentos viderim. Unde fit, ut censuræ profusus contemnantur, seranturque injurii & magnæ offensionis sermones contra Ecclesiam ac Ministros ejus.

Origo mali hujus est modicus defectus in consecrationibus. Ad sacros ordines, etiam ad sacerdotium admittitur multitudo vilium, abjectorum indignorumque plane hominum, siue scientiam spectemus siue mores: quamobrem in pleris-

plerisque locis Sacerdotes Judæis ipsis Secul.XIV.
A.C.1311.
despectiores sunt apud laicos. Tam ini-
quæ rei obviam ierunt multi canones;
sed tam parum observantur, ut ei demuo
sit occurrendum.

Multi moribus corruptis Clerici va- #. 59.
riis e regionibus ad Romanam delati cu-
riam quotidie beneficia obtinent etiam
animarum cura prædita præcipue in do-
cis, ubi prava ipsorum vita non est co-
gnita: & Præsules Summæ Sedis impe-
rio parentes honorifice illos recipiunt:
qui dein Ecclesiæ per suam mali ex-
empli vitam dedecori sunt. Interea
Præsules beneficiis, quæ conferendi jus
tenent, providere de viris idoneis ne-
queunt præ numero clientium Curia
Romanæ: nec habentes, unde littera-
torum merita compensent, carent adju-
toribus in regimine suarum dioecesium.
Novi Ecclesiam cathedralem, in qua
triginta solum capita jure annonæ sacrae
gaudent, ac per viginti annos, quibus il-
lam Præsul gubernat suus, tricies &
quinquies aut sæpius tale jus vacavit,
quale tamen iste tantummodo bis con-
tulit: & sunt præterea, quibus id jus
promissum fuit. Adhæc Papa cunctas
dignitates, quæ per illud tempus ibi va-
cabant, contulit, etiam absentibus, qui
nunquam eo pedem intulere. In ea-
dem dioecesi Canonicorum cœtu prædi-
ta,

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

ta, sive collegialia, ut vocant, templum minus insignia, quibus providendi jus Episcopo proprium est, parochiasque ipsas tenent Clientes Romanæ Curie; ita, ut Episcopus nec magna, nec parva beneficia possit tribuere probis territorii sui Clericis, qui diversis facultatibus dederunt operam, & hoc modo suum patrimonium consumpsere. Sic nullam ab Ecclesia sperantes opem necessitas cogit facere nuptias, & ad curias profanas, ad aulas Principum transire: & hi sunt maximi Ecclesie, a qua sprete sunt, ejusque immunitatum inimici.

n. 60.

Ad serviendum Ecclesiis mittuntur inutiles, extranei peregrina loquentes lingua; vel habiles quidem ac digni, sed qui nunquam ibi resident, in curia Romana, vel in aulis Principum permanentes. Idcirco templa ruris corrunt, eorum bona & jura pereunt; officium divinum cessat, Conditorum mens fraudatur.

n. 61.

Alius error est possessio complurium beneficiorum. Homo idem ac interdum ineptus variis in templis tenet quatuor aut quinque, nonnunquam duodecim; tot nempe, quot sufficerent ad sustentandos honeste quinquaginta vel sexaginta viros doctos, & in functionibus exercitatos. Quæ res inter alia mala

n. 62.

litterarum perniciem creat. Quid dicam de pueris, quibus ante rationis usum tot

tot beneficia dantur? num possunt æternam damnationem effugere?

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

Quod cum æqua Summæ Sedis reverentia dixerim: Multæ in variis terræ partibus Ecclesiæ derelictæ sunt hodie ob continuam in Romana curia commorationem illorum, qui his in Ecclesiis dignitates tenent ac beneficia, quæ, quotiescunque vacant, aliis aulæ affectis tribuuntur. Utinam Papa & Cardinales animos, ut par est, huc adverterent! Quando vacat Ecclesia cathedralis, vix invenitur ibi, qui cooptari queat; & si quis talis adsit, quod rarum est hodie, mali tanto sunt numero, ut eum eligi non paterentur. Cooptant sibi similes, & mala pars vincit seu per fraudem ac insidias, seu per vim & importunitatem virorum potentium, seu per respectum sanguinis & familiæ. Atque hi Præsules indigni, cum deberent ædificare, dyntaxat destruunt.

n. 62.

Author inde venit ad perditos Clericorum mores præsertim beneficiariorum, ad immodestiam in vestitu, ad luxum in mensis. Conqueritur inter officium divinum Canonicos per templum obambulare, ac in fine cujusque partis redire ad chorum stipendii causa; vel si maneant in choro, binos trinosve confabulari magno strepitu, & cachinnos

n. 65.

Zz 3

tolle-

Sæcul. XIV tollere interea cum pauci alii cantant.
A.C. 1314. rent.

¶ 58.

Memorat etiam disciplinæ solutionem inter monachos. Multi, ait, coenobia relinquunt sua, ut bini aut trini remotis in prioratibus vel alibi habitent. Alii neglecto officio regulaque sua perfora & nundinas currunt, profanorum instar negotiantur, vitiisque turpissimis se tradunt magna populi offensione. Religiosi exempti proscriptos ab Episcopis sua in templa recipiunt; ibi conjugii nuptias non legitimas patiuntur; recusant exsolvere pensiones Episcopis debitas: qui eas amittere, quam in Romana curia quotidie litigare malunt. Hunc libellum finiens dicit optimum tot malis remedium allatum iri, si reducatur observatio veterum canonum præsertim ex primis quatuor conciliis; ac Ecclesiam non in membris solum, sed & in capite corrigendam esse.

¶ 65.

§. LII.

Episcopi Mimatensis monita.

*Tract. de
modo conc.
p. 7.*

Admonitio Præsulis Mimatini de rebus in concilio tractandis est multo amplior; sed eundem ad finem tendit, & inchoatur per idem consilium reducendæ antiquitatis. Qua in materia usque eo procedit, ut asserat loqui contra cano-
nes

nes esse impia verba jacere in Spiritum Sæcul. XIV.
 Sanctum illorum authorem. Vult la- A.C. 1311.
 xamenta legum justis constringi termi-
 nis tanquam exceptiones a jure com- p. 18. 20.
 muni propter bonum majus, ita ut emo-
 lumento privato semper præferatur pu- p. 21.
 blicum. Hortatur Papam, ut modere-
 tur ac revocet exemptiones; quæ, si suo p. 24 49.
 tempore fuerint bonæ, factæ sint no-
 xiæ, ac diruant aptam suspensionemque
 a superioribus inferiorum rationem an- 28.
 tiquitus in Ecclesia institutam, & postu- 34.
 lantem, ut cœnobia sint subjecta Epis-
 copis potestatem a Deo nactis: atque
 contendit Papam non posse leges novas
 contra canones antiquos condere.

Commendat celebrationem conci- 74. 284.
 liorum provincialium, quippe quæ sint
 consueta tribunalia, ubi decidi debeant
 res ecclesiasticæ: ac formam illorum
 affert e quarto concilio Toletano, quod
 habitum est anno 633. Poscit secun- to. s. conc.
 dum veteres canones ut ne initientur p. 1704.
 Diaconi nisi habentes viginti quinque æ- Sup. lib. 37.
 tatis annos, nec Sacerdotes præter- §. 47.
 quam nati annos triginta. Suadet sta- p. 88.
 bilitatem Clericorum, nempe ut ne ab
 una Ecclesia transeant ad aliam, sed ut
 in sua quisque permaneant, pro qua fue-
 rint consecrati, & cui primum servierint.
 Carpit iniquam consuetudinem confe- 89.
 rendi beneficia extraneis, qui linguam

Sæcul. XIV. regionis nesciant, residere nec velint, nec
A. C. 1311. possint, & in laxamentis legum per

323.

93. 329.

336.

107.

111.

Insistit necessitati continuæ præsentia
Parochorum ac Præsalum in Romana
curia diu commorantium, & tum quoque,
cum intra diceceses suas agerent, in ca-
stellis aliisve domibus a cathedrali urbe
remotis hærentium.

Nervose loquitur contra possessionem
beneficiorum complurium, additque:
Ex hoc errore fluxit mos nuper introdu-
ctus, quo Cardinales sibi suisque prio-
ratus cœnobiorum aliaque Regularium
beneficia tribui curant, licet non fiant
Religiosi. Hoc est contra canones, &
his in domibus disciplinam monasticam
funditus evertit; quia Religiosis non præ-
est amplius, qui eos doceat, emendet,
gubernetque secundum regulam ipso-
rum: præterea hospitalitas omittitur;
monasteriorum bona & jura dissipantur,
ædificia labascunt magna populi offen-
sione. Hic videmus initium beneficio-
rum regularium Clericis secularibus con-
cessorum.

141.

Ut beneficia æqualius distribuuntur
ac dignioribus, author cupit decimam
illorum partem Academicis cujusque fa-
cultatis studiosis pauperibus assignari,
quo major fiat numerus doctorum homi-
num ad serviendum Ecclesiæ idoneorum.

Petit

Petit etiam, ut ne Papa beneficia largiatur aliis, quamdiu in urbe aut dice-
 cesi sint Doctores, qui nullum teneant.
 Hæc est origo juris adeptorum gradum
 post annos centum viginti circiter in Ba-
 sileensi concilio instituti. Ita litteras
 foveri, sed & corrigi simul volebat Epis-
 copus Mimatensis. Queritur etiam in-
 ter eruditos dari paucissimos, qui probe
 sciant spectantia ad fidem & salutem a-
 nimarum. Adjungit: Hoc eos exponit
 risui ethnicorum, quando cum his collo-
 quendum est. Provenit autem id ma-
 lum ex multitudine ac varietate ex-
 planationum, cæterorumque scriptorum,
 ob quæ omittuntur loci archetypi, &
 ex neglectu divini codicis ac veræ Theo-
 logiæ, vanis dialecticæ subtilitatibus va-
 candi gratia. Remedium adhiberet, qui
 per Doctores delectos curaret confici
 breves de facultate qualibet commen-
 tationes, quæ comprehenderent do-
 ctinæ capita, Parochosque ac Sacer-
 dotes reliquos docerent omnia suum ad
 munus pertinentia. Universitates pa-
 riter essent emendandæ, ita, ut Aca-
 demici litteris darent operam, non re-
 bus vanis, stolidis sumptibus, epulis, dis-
 cordiis, studiis partium, & conspirationi-
 bus. Inde fit, ut multi suam in patriam
 redeant rudes, etiamsi titulum Doctoris
 habeant.

Sæcul.XIV.
 A. C. 1311.

279.

246.

326.

262.

327.

Z z 5

Salu-

Sæcul. XIV.

A. C. 1311.

p. 319.

135.

190.

103.

280.

329.

Saluberrimum esset Parochis tradere librum captu facilem, qui contineret canones de tribunali sacro cum plena institutione administrandæ poenitentiae cæterorumque Sacramentorum. Et alibi: Utile foret canones de sacra confessione, cunctis Sacerdotibus perno-scendos unum in volumen redigi, cujus exemplar tenere aliquod Parochi & conscientiarum Arbitri omnes juberentur, ut poenas ibi notatas pro ratione son-tium mutare, augere, vel minuere possent, & confitentibus noxarum magnitudinem indicare. Author perniciosam vocat multas in Ecclesiis inductam consuetudinem accipiendi pecuniam pro baptisate, poenitentia, Eucharistia, & reliquis Sacramentis: aitque mala Præ-sulum exempla huic errori auctoritatem tribuere.

Maxime conqueritur de mercatu sa-crilego. Is regnat, inquit, in curia Ro-mana, quæ a Præsulibus ibi promotis certas pecuniæ summas inter Cardinales & Papam dispertiendas exigit nomine sumptuum faciendorum in expediendas litteras, in mercedes cursorum, ostia-riorum aulæ, cæterorumque ministro-rum. Romana curia pluribus modis ad se attrahit controversias de electionibus Episcoporum: quamobrem Ecclesiæ per diuturnitatem litium pluribus annis ma-
nent

nent vacuæ non sine gravi damno a- æcul. XIV.
 nimarum, quin etiam rerum tempora- A.C. 1311.
 lium. Episcopi Romana in curia ma-
 gnopere contemnuntur: & Papa eorum
 jurisdictionem multis modis minuit ad-
 mittendo quaslibet appellationes, lar-
 giendo beneficia, seu vacent, seu non,
 conferendo ac reservando episcopatus.
 Generatim author postulat magnam
 correctionem curiæ Romanæ, Præfu-
 lum, & totius Cleri. Hujus inconti- 278.
 nentia erat tam communis, ut ille pro- 303.
 ponat permittendum Sacerdotibus ma- v. 279.
 trimonium sicut in Ecclesia Græca; &
 conqueratur loca infamia prope tem-
 pla, & in Romana curia prope pala-
 tium Papæ conspici atque Marescal-
 lum ejus a scortis tributum accipere.

Notat utilitatem Fratrum Mendi- 283. 285.
 cantium ad supplendam Pastorum spi- 157.
 ritualium ignorantiam. Hos Religio-
 fos, ait, plerumque commendant sui mo-
 res, eruditio, asperitas vitæ, verbi di-
 vini præconium, studium tuendæ fidei,
 ac ethnicos adjungendi Christo. Pro- 74.
 pterea succurrendum esset illorum in- 259.
 opiæ, ita, ut communiter inter se ha-
 berent sufficientes redditus, aut de la-
 bore manuum suarum viverent velut
 Apostoli. Suadet, ut evocati eorum 260.
 probatissimi regendis animabus præfi- 262.
 ciantur, ac repressa sua in litterarum
 studiis

Sæcul. XIV. studiis & concionibus curiositate ad doctrinam reducantur solidam.
A.C. 1311.

254.

Queritur de abusu immunitatis ecclesiasticæ seu perfugiorum; & cupit his excludi homicidas voluntarios, Clericosque per crimen exaugurationem meritos.

211.

Cæterum ejus querimonie de Dominis profanis docent, quam immoderate tum temporis extensa fuerit jurisdictio ecclesiastica.

204.

Sed nec gratuito dicebatur jus: justitiæ administri omnes a primo ad ultimum recipiebant dona, magnoque pretio stipendia sibi sua curabant solvi: Præsules suorum judiciorum proventus elocabant.

*Baluz. vit.**Pap. to. 1.**p. 43.*

Sub medium Septembrem Papa Clemens relicto comitatu Vindascino cum Cardinalibus Viennam ad Rhodanum venit convocatum concilium generale ibi celebraturus. Aderant Episcopi plures

*J. Vill. 1.9.**c. 22.**Baluz. p. 74.**Rayn. 1311.**n. 54.*

trecentis non computatis Præpositis minoribus, quales erant Abbates Prioresque: ac prima sessio fuit die sabbati ante festum S. Lucæ sexto decimo Octobris anno 1311. Papa ibi orationem habens

Psal. 110.

præmissis Psalmi verbis: *In concilio justorum & congregatione magna opera Domini, cur concilium congregaverit, rationes tres proposuit, causam Templariorum, auxilium terræ sacræ ferendum, ac instaurationem disciplinæ ecclesiasticæ.*

§. LIII.

Exemptionum defensio.

Illic etiam de exemptionibus fiebat sermo: nam Episcopi eas tolli, & cunctas communitates tam seculares, quam religiosas sibi obnoxias esse cupiebant: qua de materia acriter disputabatur. Jam ante conventum latissime manaverat rumor, Religiosos exemptos omnes ad jus commune redactum iri: ac exinde Ordo Cisterciensis per Oratores a Papa petiit, & donis obtinuit, ut sui exemptio conservaretur. Et vero multi agebant Papam id concilium convocasse comparandæ pecuniæ gratia. Jacobus Thermius Cisterciensis Ordinis Abbas Chaliacensis in diocesi Silvanectina concilii tempore Viennæ divulgavit commentationem pro tuendis exemptionibus: qua respondebat ad impugnantem eas libellum Ægidii Romani Archiepiscopi Bituricensis. Commentationis cardo vertitur in hoc principio, quod Papa sit Monarcha in Ecclesia, & ab eo pendeat omnis potestas non sacra solum sed profana etiam secundum res spectantes ad salutem; quod sit Pastor proximus, & ordinarius Præsul cujuslibet Christiani; quod ad illum tanquam Ecclesiæ caput pertineat dioceses definire, mutare,

B. p. 18. 597.
Valsing. an.
1311. p. 99.

Biblioth.
Cisterc. to. 4.
p. 261.

p. 262.

266.

268.

Sæcul. XIV.
A.C. 1211

tare, dividere, & partem ab iis aliquam disjungere. Hoc nixus fundamento asserit expedire ad Papæ auctoritatem & magnitudinem dari exemptiones, eo quod illa manifestius appareat, si quævis provincia conspiciat viros ei proxime subiectos. Hæc res arcet schismata, inquit.

269.

Immo necessariae, addit, factæ sunt exemptiones, ex quo multi Episcopi suas adeunt sedes non vocati a Deo, per violentiam Principum, per fraudem & sacrilegum mercatum. Ex iis quoque, qui

270. 471.

eo legitime accesserunt, non pauci subditos per avaritiam vel libidinem dominandi opprimunt explendæ cupiditati vanitatisque suæ quam animarum salutis promovendæ intentiores.

265.

18. q. 2. c. Luminoso.
Sup. Lib. 36.
S. 33.

Antequam exempti eramus, hi Præsules sæpe monachos a precibus aliisque exercitiis sacris avocabant per citationes, sententias iniquas, exactiones pecuniarum, vel procurationes in specie. Atque hæc sunt, quæ Papas commoverunt ad exemptiones & privilegia nobis danda. Huc affert decretum quoddam S. Gregorii Papæ a Gratiano memoratum; quod tantummodo dicit Episcopis turbandam non esse monachorum quietem in eorum templis sacros ordines conferendo, aut peragendo sacrificia publica, quæ frequentiam populi eo attraherent. Hoc non est

est eximere monachos omni Episcopi jurisdictione: Et tamen huic decreto velut firmissimo defensionis suæ castello confidit Thermius.

Archiepiscopus Bituricensis apposite objiciebat exemplum Templariorum, qui exemptione cæterisque privilegiis suis adeo abusi essent. Et hoc exemplum obversans oculis probabiliter præbuit ansam tractandi materiam exemptionum in Viennensi concilio. Præsul proin ajebat: Si Templarii non fuissent exempti, Episcopi eos sui recognovissent, prævenissentque impietatem & corruptionem inter eos inductam; saltem comperissent eam, nec tandiu durare passi essent. Abbas reponit hoc exemplum nihil conficere contra exemptionem Religiosorum officio divino vacantium, & quorum in numero darentur egregii Theologi ac Jurisperiti. E contrario illos Equites esse illiteratos, sine divino servitio, ideoque sine occupatione, quippe nimis divites, quam ut manibus laborent suis. Plerosque militares etiam functiones raro vel nunquam obire; præterea inter ethnicos in continuo depravationis periculo versari carentes scientia ad eam evitandam necessaria. Post Archiepiscopum S. Bernardo quoque respondet exemptiones tam fortiter oppugnanti, præsertim in epistola ad Archiepiscopum Senonen-

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

p. 297.

298.

313.

Sup. lib. 67.

§. 57.

Sup. lib. 69.

§. 59.

Opusc. 2. c. 9.

de Conf. 1. 3.

c. 4.

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

nonensem, & in libris de Consideratione. Sed S. Bernardi verba legere sufficit, ut harum responsionum summa infirmitas pernoscatur.

Archiepiscopus Bituricensis exemptiones impugnans excipiebat Fratres Mendicantes, his eas melius quam cæteris convenire perhibens. Nam Religiosi divites, inquiebat, plerumque otio languent, opibus feroces suis, & parum obsequuntur Episcopis, nullius ope indigentes. Abbas respondet, Archiepiscopo non esse credendum in sua ipsius causa, cum evocatus sit ex Mendicantibus nempe Augustinianis. Ex parte altera contendit Religiosos dotatos otiosi nequam, sed occupari assidue vel servitio divino, vel litterarum studio, & interdum labore manuum. Quantacunque bona communi jure possideant, eos non divites esse, sed reapse pauperes nihil habentes proprium, vitamque asperam intra claustra ducentes sua. E contrario Mendicantes per orbem discurre; haud paulo plus libertatis & humanæ consolationis habere; ac de vitæ subsidiis haud securos crebro tenere proprium aliquid contra votum paupertatis. Deinde continenter esse obnoxios variis tentationibus & illecebris blandiendi divitibus, mentiendi, faciendique alias res indignas. Denique illorum

Jac. Therm.
p. 274.

275.

rum litteras redundare philosophia vana ad errores noxios sternente viam.

Sæcul. XIV.
A.C. 1311.

§. LIV.

Hospitalarii Equites Rhodum occupant.

Interim orta est gravis controversia Genuenses inter ac Hierosolymitanos S. Joannis Equites. Hi anno 1308 impugnatam insulam Rhodum biennio post occuparunt duce Fulcone Ordinis Magistro, adjuvante magno Christianorum exercitu. Possederant tunc illam Turcæ Constantinopolitano Imperatori Græco obnoxii. Adempta his fuit an. 1310 die Assumptæ in cœlum Virgini sacra 15 Augusti, qua multum sanguinis fundebatur. Ex hoc tempore Hospitalarii Equites S. Joannis vocabantur Rhodii.

Baluz. i. vit.
p. 34. 72. 99.
105.

Sub idem tempus ceperant Genuensium triremem oneratam mercium genere, quo negotiari cum Saracenis non erat licitum. Respublica misit Antonium Spinolam, qui triremem reposceret. Verum Equites negabant se posse illam reddere sine permisso Papæ, qui jussisset ipsos curare observationem canonum ejusmodi merces prohibentium. Tum Legatus Spinola cum Nobilibus aliis

Rayn. 1311.
n. 74.

Histor. Eccles. Tom. XXII. A a a Ge-

Sæcul. XIV. **A.C. 1311.** Genuensibus Turcas adiit, stimulavitque, ut retinerent ducentas quinquaginta triremes Rhodias commercii causa suis in portibus hærentes. Genuenses etiam dicebantur cum Turcis Græcisque, ut Hospitalariis Rhodum eriperent, pactiones conflasse; pluresque horum Equitum captos & coniectos in vincula ad pendendum redemptionis pretium compulsisse. Papa delatis ad se querelis Genuenses per epistolam monuit, ut plecterent harum violentiarum authores, illosque, qui de foedere cum schismaticis, cæterisque fidei hostibus auderent loqui. Dabat 20 Nov. 1311.

§. LV.

Templarii supprimuntur.

Baluz. 1.
p. 58. 45.

Papa semper agebat Viennæ: ubi post primam Concilii sessionem per reliquum anni tempus fiebant colloquia de rebus ibi decidendis, præsertim de causa Templariorum. Legebantur tabulæ contra hos confectæ: & cum Papa Præsules singulos rogasset sententiam, inter eos convenit defensiones Equitum audiendas esse. Hæc erat sententia Italiae, Franciæ, Hispaniæ, Germaniæ, Daniæ, Angliæ, Scotiæ, ac Hiberniæ Præsulum, præter unum Italicum, ac tres Gallicos Remo-

Remorum, Senonum, & Rothomagi Archiepiscopos: & ista deliberatio ineunte Decembri est habita.

Sequente anno 1312 hebdomade sacra die Mercurii 22 Martii Papa Clemens, posteaquam multos Præsules cum Cardinalibus in secretis Consilii sui conclave ad se venire jusserat, militarem Templariorum Ordinem dissolvit & sustulit ad modum provisionis potius, quam damnationis; eorum corpora bonaque suo ac Ecclesiae arbitrio reservans. Tertio Aprilis erat altera Concilii Vienneensis sessio: in qua Clemens Templariorum Equitum suppressionem edixit praesentibus Rege Franciae Philippo Pulchro, qui rem curae habebat, illius fratre Carolo Valesio, ac tribus ejusdem filiiis Ludovico Rege Navarræ, Philippo, & Carolo. Ita deletus est hic Ordo, qui steterat centum octoginta quatuor annis, postquam in concilio Trecensi approbatus fuerat anno 1128. Extinctionis litterae non sunt expeditae nisi sexta Maji, qua solutum est concilium: & Papa ibi dicebat se illas edidisse non ad modum sententiae definitivae, qualem ferre haud posset ex praescripto juris secundum inquisitiones actionesque; sed ad modum provisionis ac decreti apostolici.

VIX

Saecul. XIV.

A. C. 1312.

P. 58. 75.

Su. lib. 67.

§. 55.

Rayn. 1312.

n. 3.

A a a 2

Quia

Sæc. XIV.

A.C. 1312.

Bal. I. p. 36.

Quia Templariorum bona ad auxilia terræ sacræ subministranda spectaverant, Papa cum Concilio diu consultavit, quid de bonis illis statuerent congruenter primæ destinationi. Tandem decreverunt ea dare Hierosolymitanis S. Joannis Equitibus Hospitalariis; qui sicut Templarii, Palæstinæ ac fidei contra ethnicos tuendæ se consecrassent. At excipiebantur bona, quæ in Hispania, scilicet in Castella, Arragonia, Lusitania, & Balearium Majore sita erant; & primum reservata Papæ arbitrio, dein applicata sunt ad regionem propugnandam contra Mauros, qui regnum Granatense adhuc tenebant. Diploma, quo bona Templariorum Hospitalariis tradebantur, datum est 2 Maji. Ad Templarios ipsos quod attinet, quosdam nominatim Papa suo judicio reservavit: reliqui omnes provinciæ cujusvis concilio relinquebantur pro ratione causarum judicandi. Infantes decenter pro statu suo alerentur de bonis Ordinis. Errata sua facti haberentur leniter. Expertes poenitentiae ac relapsi severas darent poenas. Tormenta sine confessione passi detinerentur judicandi secundum canones. Sejuncti alius ab alio dominibus Ordinis, vel hujus sumptibus in cenobia includerentur. Nondum interrogati

gati, quippe non comprehensi hactenus, & fugitivi publice jubebantur intra unius anni spatium Episcopis suis se ipsos sistere per concilia provincialia judicandos.

Secul. XIV.
A. C. 1312.

§. LVI.

Finis actionum contra Bonifacium.

Actiones contra memoriam Bonifacii VIII finitæ sunt hoc in concilio: ubi tres Cardinales, Richardus Senensis Legum, Joannes Namurcensis Theologiae, ac Frater Gentilis Canonum Doctores hujus Papæ innocentiam probarunt coram Rege Philippo & Consiliariis ejus; ac duo Equites Catalani ad ineundam hoc fine pugnam se obtulerunt. Quæ res teste historico Joanne Villano Regem regiasque partes in ruborem dabant. Concilium declaravit Papam Bonifacium fuisse catholicum, & nullo se modo affinem hæresi reddidisse. Sed Regis placandi gratia Papa decreto sanxit, ne Philippo aut successoribus ejus objici possent unquam, quæ contra Bonifacium vel Ecclesiam fecisset.

*J. Villani
l. 9. c. 22.*

COM

Sæcul. XIV.
A.C. 1319.

§. LVII.

*Errores Petri Joannis Olivæ con-
demnantur.*

Fratres Minores adhuc diffidebant:
& iis, qui se spirituales dicebant,
Sup. Lib. 89. præerat Ubertinus Casalius fervidus se-
§ 54. ctator Petri Joannis Olivæ quindecim
Vading. an. abhinc annos mortui. Huic tribuebantur
1297. n. 41. quædam opiniones erroneæ, quæ vel
§ 1312. n. 4. in scriptis ejus cernebantur, vel a disci-
pulis ejusdem inde inferebantur tan-
quam consequentiæ, veluti: Natura di-
vina potest dici generans ac generata;
error Abbatis Joachimi damnatus in
Sup. lib. 77. concilio Lateranensi an. 1215. Joachi-
§ 46. mi vero principia secutus Oliva, virum-
que admiratus fuerat. Ferebatur etiam
Vading. contendisse, Christi viventis in cruce
1297 n n. 44 latus hasta perfossum esse; infantes sa-
n. 45. cro in fonte purgari a labe ingenta,
n. 42. sed gratiam & virtutes non accipere;
Rayn. 1312. animam rationalem non esse formam
n. 18. 19. § 1. substantialem humani corporis. Ex
quo illud conficitur, non hominem, sed
animam solam mereri præmium aut pœ-
nam posse.

Hæc continet primum Concilii ^{Sæcul. XIV.} Viennensis decretum, ^{A.C. 1312.} cujus hæc est summa: Credimus Dei filium ab omni æternitate cum Patre in omnibus existere; conjunctas nostræ naturæ partes scilicet corpus dolori obnoxium, & rationalem animam, substantialem corporis formam assumpsisse; atque hac in natura propter salutem cunctorum hominum affixum cruci post vitam editam in latere hasta perfossum esse. Testis est S. Joannes Evangelista, qui rem ex ordine, quo facta est, retulit: sic approbante Concilio declaramus. Nempe quia Joannes Oliva contrarium assererat, correctum S. Matthæi Evangelium perhibens. Concilium pergit: Quisquis ausus fuerit negare rationalem animam esse substantialem corporis humani formam, eum pro hæretico habendum pronunciamus. Et quia de baptismatis effectu in infantibus duplex Theologorum est sententia, nos efficacem Christi mortem cunctis baptismum accipientibus æqualiter applicari censentes, opinionem illorum, qui gratiam & virtutes per baptismum tam infantibus, quam adultis conferri ajunt, tanquam probabiliorem eligendam duximus.

*Clement. De
sum. Trin.*

c. i.

Sæcul. XIV.
A.C. 1312.

§. LVIII.

Begardi & Begina.

Petri Joannis Olivæ memoriam non Fratres solum Spirituales colebant, sed & laici magno numero, qui se fratres dicebant Pœnitentes ex Ordine tertio S. Francisci; & quos populus vocabat Begardos, Beginasque aut Fratricellos: sequebantur enim eandem sectam, quam Bizogi damnati a Bonifacio VIII. Affirmabant Petri Joannis Olivæ doctrinam omnem esse catholicam: eum pro maximo post Apostolos Doctore habebant, nominabantque sanctum Petrum non adscriptum Cœlitibus. Hanc contra sectam pariter Concilium Viennense condidit decretum, in quo Papa sic loquitur: Ut audivimus, in Germania confurrexit secta, cujus viri vulgo Begardi, fœminæ Beginæ nuncupantur, & his ducuntur erroribus: Homo in hac vita eo perfectionis eniti potest, ut nulli plane peccato obnoxius in gratia longius progredi nequeat: nam si quis semper in ea procederet, posset perfectior Christo fieri. Quando perventum est ad hunc perfectionis gradum, nec jejunia, nec preces sunt opus am-

Emeric.
p. 182.

Sup. lib. 89.
§. 55.

C. Ad no-
strum 3.
Clem. de
heret.

amplius: nam tunc naturæ proclivitas Sæcul. XIV.
 ad illecebras sensuum est adeo submissa A C. 1312.
 rationi ac spiritui, ut, quæcunque lu-
 bent, libere concedi corpori queant. Qui
 sunt hoc in gradu perfectionis, & spiri-
 tum libertatis habent, non pendent a
 legibus hominum, nec Ecclesiæ tenen-
 tur obsequi: quia, ubi spiritus Domini, 2. Cor. 3. v. 17
 ibi libertas. Beatitudo ultima potest in
 hac vita obtineri, sicut obtinebitur in al-
 tera. Omnis natura intelligentiæ par-
 ticipes in se beata est; & anima non ha-
 bet opus lumine gloriæ ad Deum vi-
 dendum, tenendumque. Imperfectus
 est, qui se in virtutibus exercet: anima
 perfecta eas omittit. Cum Sacerdos
 cœlestem extollit hostiam, perfecti nec
 surgere debent, nec huic ullum reveren-
 tiæ signum exhibere: nam defectus fo-
 ret a puritate & altitudine contempla-
 tionis descendere ad cogitandam Eu-
 charistiam, cruciatus, vel humanitatem
 Christi. Omnes hos errores Papa de
 Concilii sententia condemnat, & præci-
 pit, ut Episcopi ac Inquisitores indaga-
 tos Begardos Beginasque puniant.

Ex his ipsis hæreticis in Italia Spo-
 leti, vicinisque in provinciis erant, qui
 obtentu spiritus libertatis omne impu-
 ritatis genus committerent: ut patet ex *Rayn. 1311.*

A a a 5 ... Papæ n. 66. &c.

Sæcul. XIV. Papæ litteris datis 1 Apr. 1311, & in-
A. G. 1312. scriptis Rainerio Cremonensi Episcopo;
 quem is jubet adire loca, & infectari
 hos hæreticos sine respectu status homi-
 num aut ullius privilegii. Hæc dicebat
 ideo, quia inter eos Clerici dabantur ac
Sup. §. 23. Religiosi. Erant discipuli Segarellæ ac
 Dulcini, similiumque fanaticorum, quo-
 rum doctrina fuit consecutio Evange-
 lii æterni.

§. LIX.

Explicatur regula S. Francisci.

Exivi de Pa-
rad. Clem. de
Verb. sign.
Vading.
1312. n. 3.
Baluz. vit.
to. I. p. 77.

Papa volebat etiam Fratres Minores
 rursus conjungere, ac eximere scrupulos
 iis, qui conquerebantur corpus Or-
 dinis haud observare fideliter regulam
 S. Francisci. Quapropter suscipi edidit
 sanctionem, cujus præcipua capita hic
 sequuntur. Fratres Minores per profes-
 sionem suam non magis quam Christiani
 reliqui adstringuntur ad observationem
 totius Evangelii: & Papa sigillatim de-
 signat regulæ verba vim præcepti ha-
 bentia. Fratres Minores neutiquam cu-
 rent bona temporalia, quæ tirones ipsorum
 antea possederunt. Tunicas plures non ge-
 rant sine necessitate: ac Præsidum est
 pro ratione locorum calceamenta par-
 vumque panni pretium statuere. Ser-
 vent

vent jejunia ecclesiastica non expressa Sæcul. XIV.
in regula. Pecuniam nec mendicando A C. 1312.

colligant, nec alio modo accipiant: sti-
pis receptrices arculas in templis non
ponant suis: pecuniæ causa spirituales
amicos suos non adeant exceptis casu-
bus, quos regula continet aut declara-
tio Nicolai III. Hæreditatibus capien- Sup. lib. 87.
dis sunt impares. Non percipiant pro- §. 33.
ventus annuos: cum Advocatis vel Pro-
curatoribus suis non compareant in cu-
riis: nec voluntates ultimas exequantur. c. 3. de Verb.
Non habeant hortos nimios, aut vineas, sign. in 6to.
cellas, & horrea pro reponendo victu
precario; nec templa magnifica vel cu-
riose ornata, nec vestitus altarium pre-
tiosos. Denique contenti sint modico
usu rerum necessariorum, prout præscri-
bit regula.

Hæc sanctio fuit approbata in senatu
secretiore 5 Maji, & promulgata die
postero in tertia & postrema Concilii ses-
sione. Tum Papa Præsides Ordinis præ-
sentes monuit, ut regulam secundum
hanc declarationem coli curarent, & Fra-
tres duobus abhinc annis jurisdictione
sua exemptos benigne haberent, præfice-
rentque muneribus sine discrimine sicut
reliquos. Etiam his Spiritualibus, qua-
les se dicebant, imperabat, ut mox Præ-
positis

præ. p. 92. Provincie spemurum. p. 122.

Sæcul. XIV. positis se suis submitterent rursus, atque
A.C. 1312. cum cæteris in concordia & pace vi-
 verent. At Ubertinus Casalius ad Papæ
 genua provolutus clamabat, dicebatque
 se jussu ipsius delatum ad Romanam cu-
 riam, & ibi multa perpeffum metuere,
 ne pejus tractaretur, si traderetur Præ-
 positis. Orare proin, ut sibi ac suis li-
 ceret separatim extra eorum jurisdic-
 tionem vivere regulæ secundum Concilii
 declarationem facilius observandæ gra-
 tia. Renuit Papa, & Ordinem divisum
Mal. 1. p. 19. noluit. Parebant multi: multi vero se
 disjungebant variis in provinciis, maxi-
 me in Narbonensi agro; ubi primas tu-
 lere, ita, ut cæteros Narbone ac Bli-
 tera pellerent ope populi, a quo nuncu-
 pabantur Spirituales. Ita Clementis V
 sanctio Fratrum Minorum schisma non
 finit.

S. LX.

*Alia Viennensis Concilii san-
 ctiones.*

**Clem. 5. de
 Regul.**

Concilium Viennense multa alia decre-
 ta fecit Religiosos contingentia. Fra-
 tribus Mendicantibus ad Ordines alios
 transeuntibus adimit jus suffragii se-
 rendi in comitiis, eosque prioratibus, &
 aliisque

liisque officiis, & animarum cura ex-
 cludit. Infirmat diploma a Benedicto
 XI editum in gratiam Fratrum Prædi-
 catorum Minorumque: ac renovat di-
 ploma Bonifacii VIII Episcopis & Paro-
 chis favens, quod Benedictus abroga-
 verat. Monachis nigris particulatim
 præscribit vivendi modum: prohibet
 luxum omnem in victu, vestibus ac equis,
 venationem, itinera ad aulas Principum,
 & conspirationes adversum Præpositos:
 commendat solitudinem, ac litterarum
 studia: sed nihil meminit de labore
 manuum: adeo in oblivionem venerat
 conditio vitæ monasticæ. Eadem præ-
 cepit Canonicis Regularibus. Constituit
 qui recognoscant cœnobia Virginum,
 & multa ibi errata corrigant, quæ e-
 numerat. Nempe gestabant texta fe-
 rica, & villosas magni pretii pelles ve-
 stibus assutas; concinnabant sedulo co-
 mam, frequentabant choreas, & genia-
 lia hominum profanorum festa, per pla-
 teas etiam noctu ambulabant. Conci-
 lium jubet etiam lustrari foeminas, quæ
 se dicerent Canonicas seculares, & Ca-
 nonicorum more viverent. Quædam
 mulieres vulgo Beginæ dictæ, quia ea-
 rum vestitu utebantur, se perhibebant
 esse religiosas; sed nec spondebant obe-
 dientiam; nec bona abdicabant sua; nec

Sæcul. XIV.
 A. C. 1312

Sup. l. 90.
 §. 22. 38.

Clem. Du-
 dum de se-
 pult.
 Ne in agro
 1. de statu
 mon.

Attend. c.
 rod.

De relig.
 dom. c. 1.

LIBER

Sæcul. XIV. nec profitebantur regulam approbatam;
 A.C. 1212. & quibusdam Religiosis secundum pro-
 pensionem suam se addicebant. Nonnullæ etiam audebant disputare de SS. Triade ac natura divina, de capitibus fidei Christianæ, de Sacramentis; & introducebant errores. Concilium damnat statum earum, prohibens, ne ibi maneant; ne alias eo recipiant; nequis Religiosus eas inibi tuebatur. Non tamen obstat, quo minus mulieres, quæ vellent pœnitentiæ operam dare, in domibus hæreant suis, & animi demissionem ibi, cæterasque virtutes exerceant. Beginarum nomen venerat a piis fœminis Leodiensibus, quas Lambertus Begius annis abhinc centum quinquaginta congregaverat. Aliquæ id nomen reddiderant odiosum labendo in fanaticos errores Evangelii æterni. At pleræque intra limites institutionis primæ permanferant velut illæ, quæ in Belgio adhuc existunt. Ita hoc decretum intelligo.

Sup. li. 72.
 §. 52.

Aliud quoque pro domibus hospitalibus ac celebre quidem decretum fecit, cujus hæc est summa: Interdum accidit, ut illi, qui domibus præstant hospitalibus, bona earum & jura negligant, injustorumque possessorum manibus

Clem. Quia
 contig. 2.
 de relig.
 dom.

bus non eripiant; ædificia corruere pa-
 tiantur, horumque pietatis locorum re-
 ditus in rem suam vertant; pauperes
 ac lepra infectos illuc recipere alereque
 inhumaniter renuant, nec Conditorum
 mentem considerent. Idcirco volumus,
 ut ii, ad quos per institutionem, vel alio
 nomine pertinet, cuncta hæc vitia cor-
 rigan: alioqui nos Episcopis locorum
 præcipimus, ut omnia juris remedia
 his malis adhibeant. Quo melius id
 observetur, nullus horum pietatis loco-
 rum, nisi per institutionem ita præscri-
 ptum sit, titulo beneficii cuiquam Cleri-
 co seculari conferatur: alioquin colla-
 tio seu provisio erit nulla: sed horum
 locorum regimen committatur pruden-
 tibus, idoneis, ac famæ bonæ viris: qui
 exemplo tutorum curatorumque tene-
 buntur juramento fidem suam obstringe-
 re, bonorum indicem conficere, & quo-
 libet anno propriis locorum Episcopis,
 aut horum Procuratoribus rationem red-
 dere. Nolumus autem hoc extendere
 ad hospitalales domos Ordinum milita-
 rium, cæterorumque Religiosorum. Ec-
 ce originem administratorum laicorum,
 quibus concredita sunt bona domorum
 hospitalium in dedecus Cleri: primis
 enim seculis nemini securius quam Sa-
 cerdotibus & Diaconis committi posse
 credebantur.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1313.

Con-

Saecul. XIV.

A.C. 1312.

Concilium Viennense de privilegiis Regularium, aliorumque exemptorum duas condidit sanctiones; ea contra Præsules tuendi causa alteram; alteram eorundem abusus inhibendi gratia. Prior continet privilegiis donatorum querelas ad triginta, quarum præcipuas vide! Quidam Præsules, aiebant illi, nos comprehensos carceribus mandant. Impediunt, ne nobis solvantur decimæ ac reliqui proventus nostri. Censuris sacris feriunt nobis subjectos, nostros domesticos, eosque, qui aliquod commercium nobiscum habent, nostris in pistrinis molunt, in furnis nostris coquunt. Nihil tribuunt nostris appellationibus has ob injurias interpositis: & interdum capimur carceribusque addicimur provocantes. Non patiuntur in lucem proferri aut executioni dari sententias illorum, quibus eas delegavit Summa Sedes, aut qui privilegia nostra conservant. Nonnulli arma & infesta signa in nos inferunt, ut nostras destruant molas, vel alia ædificia, quorum possessionem tenemus omni hominum memoria antiquiorem. Sæpe permittunt, ut viri nobiles sui clientes fiduciarii, & Judices profani bona nostra seu moveri hæc possint seu nequeant, per vim occupent, aliisque modis nos exagitent. Beneficia

Clem. Fre-
guens de ex-
ces. Prælat.

ficiorum vacantium fructus primo anno Sæcul. XIV.
 suos esse perhibent; & hoc obtentu illo- A. C. 1312.
 rum pecora & argentea vasa diripiunt.
 Iſtas ad querimonias Concilium ſatis
 habet imperare, ut Præſules cauſas illa-
 rum tollant; ac prohibet, ne Religioſos
 ab adeundis ipſorum comitiis generali-
 bus aut provincialibus impediant: ſed
 poenam ſtatuit nullam.

Sanctio poſterior ſub anathematis Clem. Reli-
 poena ipſo facto ſubeunda vetat, ne Re- gioli. de pri-
 ligioſi dent unctionem extremam, Eu- vil.
 chariſtiam, vel benedictionem nuptialem
 ſine peculiari Parochi permiſſu, neu ab-
 ſolvant proſcriptos, præterquam in caſi-
 bus Juris. Interdicit, ne Præſulum ſa-
 mam lædant; ne laicos a frequentandis
 ipſorum templis parochialibus, vel teſta-
 tores a legato aut reſtitutione templis
 matricibus facienda avocent; ne alias
 quaſdam culpas in decreto expreſſas
 contrahant. Aliud edictum inhibet, ne Clem. Eos.
 proſcriptos unquam, vel alios tempore qui de ſepul.
 interdicti ſuis in cœmeteriis ſepeliant; Clem. un. de
 & ruruſus aliud mandat, ut de commiſſa Teſtam.
 ſibi executione teſtamentorum propriis
 locorum Epiſcopis rationem reddant.

Sequebantur decreta Clericorum Clem. Dic-
 mores ac vitam contingentia. Prohi- tes. de vita
Et honeſt.
Hift. Eccleſ. Tom. XXII. B b b betur

Secul. XIV. betur, ne Clerici, etiam connubio ligati
A. G. 1312. lanios vel caupones agant, alioquin Cler-

c. 2. cod. ricatus privilegium amissuri; nequod
 commercium suo statui non conveniens

c. 2. cod. exercent; ne gerant arma; ne in pu-
 blico compareant induti vestibus linea-

c. 2. cod. tis, vel duos in colores æqualiter divis-

c. 2. cod. aut palliis tam curtis, ut toga notabili-
 ter subtus appareat; aut femoralibus

c. 2. cod. incisis, rubro vel viridi colore infectis.

c. 3. de at. & qual. Permittitur, ut Hypodiaconus anno æ-

c. 2. cod. tatis decimo octavo, Diaconus vigesimo,
 Sacerdos vigesimo quinto initietur. San-

c. 2. cod. citur, ut ne suffragii ferendi jure in se-

c. 2. cod. natu sacro gaudeat Canonicus, qui non
 sit saltem Hypodiaconus, aut qui non

Clem. un. de immun. curet se intra unius anni spatium pro-

Clem. un. de immun. moveri ad Ordinem cum beneficio suo
 congruentem. Quod attinet ad immu-

Clem. un. de immun. nitatem Clericorum, Concilium retexit
 celebre Bonifacii VIII diploma: Clericis

Clem. un. de immun. laicos, & hujus declarationes, eaque om-

Sup. lib. 89. nia, quæ hinc evenerant.

S. 43. 51. Viennense Concilium instaurat fe-

Clem. Si Dom. de reliq. stum Augustissimi Sacramenti quadra-

Sup. l. 85. ginta octo abhinc annis institutum a Bo-

S. 27. pa Urbano IV, cujus diploma executioni
 mandatum non fuerat. Papa Clemens

S. 27. id confirmat, totumque refert; nec ad-

S. 27. dit quidpiam: sed nec mentionem facit

S. 27. nullam

CLEM. V. P. HENR. VII. OC. AND. II. OR. IMP. 755

ullam de habenda supplicatione publica, ^{Sæcul. XIV.}
vel de SS. Eucharistia omnium cultui ^{A. C. 1312}
exponenda. ^{id. Scribitur p. 80. tomazensis.}

Quo facilius ethnici adungerentur
Christo, Concilium decrevit introducere
studium linguarum Orientis, quod Ray- ^{Sup. lib. 89.}
mundus Lullus a tanto tempore flagita- ^{S. 20.}
bat. Statutum proin est, ut in Roma- ^{Mem. Inter.}
na curia, & in Universitatibus Lutetiae, ^{de Magist.}
Oxonii, Bononiae ac Salamanticae con-
stituerentur sex Magistri, quorum duo
linguam Hebraicam, duo Arabicam, &
totidem Chaldaicam docerent, & quos
stipendiis afficerent alerentque in Roma-
na curia Papa, Parisiis & Oxonii Re-
ges Franciæ Angliæque, ac in reliquis
urbibus Præsules, cœnobîa & collegia
regionis.

Sperabatur semper terræ sacrae re- ^{Ragn. n. 22.}
cuperatio: & occupata per Hospitala-
rios Equites Rhodus aditum illuc muni-
re videbatur. Henricus Romanorum,
Philippus Gallia, Ludovicus Navarrae,
Eduardus Angliæ Reges spondebant se
facturos iter transmarinum. Quapro-
pter Viennense Concilium sanxit expedi-
tionem sacram & transitum generalem,
ad quem se voti religione adstrinxerunt
Reges Franciæ, Angliæ, ac Navar-
rae



Sæcul. XIV. ræ cum multis Principibus aliis & Vi-
A.C. 1312. ris illustribus. Pro sumptibus belli hu-
jus Concilium decrevit collectionem de-

**Clam. Si be-
nefic. de de-
cim.**

**Baluz. to. I.
p. 46.**

cimæ in sexennium: ac hæc probabiliter
fuit occasio edicti, quo Concilium ve-
tuit, ne severe nimis exigerentur deci-
mæ, auferenturque calices, libri, & or-
namenta templorum. Concilium Vien-
nense solutum est post tertiam sessionem
habitam die sabbati intra octavam A-

scensionis Domini sexta Maji dicata
S. Joanni ante Portam Latinam
anno 1312.

FINIS TOMI XXII



INDEX